

Prof. Dr. Ulrich Eigler
Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
Programm

1.	23.02.12	Die archaische römische Literatur und das Problem des Anfangs Cic. <i>rep.</i> 5, 1; Cic. <i>Tusc.</i> 3, 19, 44; Cic. <i>off.</i> 1, 38
2.	01.03.12	Von Livius Andronicus bis Ennius: Der Beginn der römischen Literatur auf der Bühne Liv. 7, 2; Val. Max. 2, 4, 4; Suet. <i>gramm.</i> 1, 1; Liv. Andr. <i>trag.</i> 20-22; Naev. <i>com.</i> 21; 22-26; Naev. <i>trag.</i> 1-2; Enn. <i>trag.</i> 94-100; 101-108
3.	08.03.12	Von Livius Andronicus bis Ennius: Das römische Epos Liv. Andr. <i>carm. frg.</i> 1-9; Naev. <i>carm. frg.</i> 44-46; Enn. <i>Scipio</i> 1-4; Enn. <i>ann.</i> 2-15; 32-48; 210-227
4.	15.03.12	Von Plautus bis Terenz: Die römische Komödie Gell. 3, 3, 1-3; Plaut. <i>Casina prol.</i> ; Ter. <i>Andria prol.</i> ; Ter. <i>Hecyra prol.</i> ; Ter. <i>Adelph.</i> 958ff.
5.	22.03.12	Von den <i>annales Graeci</i> zur römischen Geschichtsschreibung Cic. <i>leg.</i> 1, 5-7; Gell. 11, 8, 2-4; Nep. <i>Cato</i> 3, 1-4; Gell. 2, 28, 6; Gell. 3, 7
6.	29.03.12	<i>Oratorum veterum fragmenta</i>: Die Entstehung einer literarischen Rhetorik in Rom Gell. 6, 3; Plu. <i>vitae</i> : Tiberius Gracchus IX, 4-5
7.	05.04.12	Der Dichter und die Gesellschaft Enn. <i>ann.</i> 1-14
	12.04.12	OSTERFERIEN
8.	19.04.12	Die Ankündigung des Neuen: Lucilius Cic. <i>de orat.</i> 2, 6, 25; Lucil. 1, 1-52; 3, 94-148
9.	26.04.12	Die Neoteriker und „the Catullan Revolution“ Catull. 1; 3; 5; 7; 65; AP 1, 1
10.	03.05.12	Philosophie in Rom Lucret. 1, 1-43; 1, 921-950; Cic. <i>rep.</i> 3, 36
11.	10.05.12	Politik oder Phrasen? oder: Rhetorik im politischen Diskurs Cic. <i>de orat.</i> 1, 30-34; 2, 33-38; Cic. <i>Arch.</i> 1-2; 10-12
	17.05.12	AUFFAHRT
12.	24.05.12	Militär und Musen oder: Die Macht des schönen Stils Caes. <i>Gall.</i> 1, 1; 5, 44; 7, 77
13.	31.05.12	Die archaische Literatur als Voraussetzung der augusteischen Literatur; Vergil und Livius als Beispiele Macr. <i>sat.</i> 6, 1, 11-24; Verg. <i>Aen.</i> 2, 241-249; Hor. <i>sat.</i> 1, 5; Liv. 7, 9-10; Gell. 9, 13

Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
1. Kollegstunde (23.02.12)
Die archaische römische Literatur und das Problem des Anfangs

Texte: Text 1: Cic. *rep.* 5, 1 (= Aug. *civ.* 2, 21)
Text 2: Cic. *Tusc.* 3, 19, 44
Text 3: Cic. *off.* 1, 38

Text 1: Cic. *rep.* 5, 1 (ed. Ziegler, 1969 (Teubner))

1. *Quando ergo res publica Romana talis erat qualem illam describit Sallustius, non iam pessima ac flagitiosissima, sicut ille ait, sed omnino nulla erat secundum istam rationem, quam disputatio de re publica inter magnos eius tum principes habita patefecit; sicut etiam ipse Tullius non Scipionis nec cuiusquam alterius sed suo sermone loquens in principio quinti libri, commemorato prius Ennii poetae versu quo dixerat:*

Moribus antiquis res stat Romana virisque,
quem quidem ille versum, *inquit*, vel brevitatem vel veritatem tamquam ex oraculo quodam mihi esse effatus videtur. nam neque viri, nisi ita morata civitas fuisset, neque mores, nisi hi viri praefuissent, aut fundare aut tam diu tenere potuissent tantam et tam fuisse lateque imperantem rem publicam. itaque ante nostram memoriam et mos ipse patrius praestantes viros adhibebat, et veterem morem ac maiorum instituta retinebant excellentes viri. nostra vero aetas cum rem publicam sicut picturam accepisset egregiam, sed iam evanescentem vetustate, non modo eam coloribus isdem quibus fuerat renovare neglexit, sed ne id quidem curavit ut formam saltem eius et extrema tamquam liniamenta servaret. quid enim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit rem stare Romanam? quos ita oblivione obsoletos videmus, ut non modo non colantur, sed iam ignorentur. nam de viris quid dicam? mores enim ipsi interierunt virorum penuria, cuius tanti mali non modo reddenda ratio nobis, sed etiam tamquam reis capitibus quodam modo dicenda causa est. nostris enim vitiis, non casu aliquo, rem publicam verbo retinemus, re ipsa vero iam pridem amisimus. (Aug. *civ.* 2,21)

Text 2: Cic. *Tusc.* 3, 19, 44 (ed. Pohlenz, 1982 (Teubner))

19. (44) haec Epicuro confitenda sunt aut ea, quae modo expressa ad verbum dixi, tollenda de libro vel totus liber potius abiciendus; est enim confertus voluptatibus. Quaerendum igitur, quem ad modum aegritudine privemus eum qui ita dicat:

'Pol mihi fortuna magis nunc deficit quam genus.

Namque regnum suppetebat mi, ut scias, quanto e loco,

Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat.'

(Enn. *Thyest.* 363-365 ed. Warmington)

quid? huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat, aut aliquid eius modi? ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta: 'ex opibus summis opis egens, Hector, tuae' – huic subvenire debemus; quaerit enim auxilium:

'Quid petam praesidi aut exequar quove nunc

Auxilio exili aut fugae freta sim?

Arce et urbe orba sum. Quo accidam? quo applicem?

Cui nec arae patriae domi stant, fractae et disiectae iacent,

Fana flamma deflagrata, tosti alti stant parietes

Deformati atque abiete crispa –'

(Enn. *Andr.* 94-100 ed. Warmington)

scitis quae sequantur, et illa in primis:

'O pater, o patria, o Priami domus,
Saeptum altisono cardine templum!
Vidi ego te adstante ope barbarica
Tectis caelatis laqueatis,
Auro ebore instructam regifice.'

(Enn. *Andr.* 101-105 ed. Warmington)

Text 3: Cic. *off.* 1, 38 (ed. Winterbottom, 1994 (OCT))

38. Cum vero de imperio decertatur belloque quaeritur gloria, causas omnino subesse tamen oportet easdem quas dixi paulo ante iustas causas esse bellorum. Sed ea bella quibus imperii proposita gloria est minus acerbe gerenda sunt. Ut enim cum cive aliter contendimus si est inimicus, aliter si competitor (cum altero certamen honoris et dignitatis est, cum altero capitis et famae), sic cum Celtiberis, cum Cimbris bellum ut cum inimicis gerebatur, uter esset, non uter imperaret, cum Latinis Sabinis Samnitibus Poenis Pyrrho de imperio dimicabatur. "Poeni foedifragi", crudelis Hannibal, reliqui iustiores. Pyrrhi quidem de captivis reddendis illa praeclara:

nec mi aurum posco nec mi pretium dederitis,
nec cauponantes bellum sed belligerantes
ferro, non auro, vitam cernamus utrique.
vosne velit an me regnare era quidve ferat Fors,
virtute experiamur. et hoc simul accipe dictum:
quorum virtuti belli Fortuna pepercit,
eorundem me libertati parcere certum est.

doneo ducite doque volentibus cum magnis dis. (Enn. *ann.* 183-190 ed. Skutsch)

Regalis sane et digna Aeacidarum genere sententia!

Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
2. Kollegstunde (01.03.12)
Von Livius Andronicus bis Ennius:
Der Beginn der römischen Literatur auf der Bühne

Texte: Text 1: Liv. 7, 2
Text 2: Val. Max. 2, 4, 4
Text 3: Suet. *gramm.* 1, 1
Text 4: Liv. Andr. *trag.* 20-22 (W)
Text 5: Naev. *com.* 21; 22-26 (W)
Text 6: Naev. *trag.* 1-2 (W)
Text 7: Enn. *trag.* 94-100; 101-108 (W)

Text 1: Liv. 7, 2 (ed. Walters/Conway, 1938 (OCT))

2. Et hoc et insequenti anno C. Sulpicio Petico C. Licinio Stolone consulibus pestilentia fuit. Eo nihil dignum memoria actum, nisi quod pacis deum exposcendae causa tertio tum post conditam urbem lectisternium fuit; et cum uis morbi nec humanis consiliis nec ope diuina leuaretur, uictis superstitione animis ludi quoque scenici – noua res bellicoso populo, nam circi modo spectaculum fuerat – inter alia caelestis irae placamina instituti dicuntur; ceterum parua quoque, ut ferme principia omnia, et ea ipsa peregrina res fuit. Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant. Imitari deinde eos iuuentus, simul inconditis inter se iocularia fundentes uersibus, coepere; nec absoni a uoce motus erant. Accepta itaque res saepiusque usurpando excitata. Vernaculis artificibus, quia ister Tusco uerbo ludio uocabatur, nomen histrionibus inditum; qui non, sicut ante, Fescennino uersu similem incompositum temere ac rudem alternis iaciebant sed impletas modis saturas descripto iam ad tibicinem cantu motuque congruenti peragebant.

Liuius post aliquot annis, qui ab saturis ausus est primus argumento fabulam serere, idem scilicet – id quod omnes tum erant – suorum carminum actor, dicitur, cum saepius reuocatus uocem obtudisset, uenia petita puerum ad canendum ante tibicinem cum statuisset, canticum egisse aliquanto magis uigente motu quia nihil uocis usus impediabat. Inde ad manum cantari histrionibus coeptum diuerbiaque tantum ipsorum uoci relicta. Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto ioco res auocabatur et ludus in artem paulatim uerterat, iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto ipsa inter se more antiquo ridicula intexta uersibus iactitare coepit; unde exodia postea appellata consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt; quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuuentus nec ab histrionibus pollui passa est; eo institutum manet, ut actores Atellanarum nec tribu moueantur et stipendia, tamquam expertes artis ludicrae, faciant. Inter aliarum parua principia rerum ludorum quoque prima origo ponenda uisa est, ut appareret quam ab sano initio res in hanc uix opulentis regnis tolerabilem insaniam uenerit.

Text 2: Val. Max. 2, 4, 4 (ed. Briscoe, 1998 (Teubner))

2.4.4 Nunc causam instituendorum ludorum ab origine sua repetam. C. Sulpico Petico C. Licinio Stolone consulibus intoleranda uis ortae pestilentiae ciuitatem nostram a bellicis operibus reuocatam domestici atque intestini mali cura adflixerat, iamque plus in exquisito et nouo cultu religionis quam in ullo humano consilio positum opis uidebatur. itaque placandi caelestis numinis gratia compositis carminibus uacuas aures praebuit, ad id tempus circensi spectaculo contenta, quod primus Romulus raptis uirginibus Sabinis Consualium nomine celebrauit. uerum, ut est mos hominum paruola initia pertinaci studio prosequendi, uenerabilibus erga deos uerbis iuuentus rudi atque incomposito motu corporum iocabunda gestus adiecit, eaque res ludium ex Etruria arcessendi causam dedit. cuius decora pernicitas uetusto ex more Curetum Lydorumque, a quibus Tusci originem traxerunt, nouitate grata Romanorum oculos permulsit, et quia ludius apud eos hister appellabatur, scaenico nomen histrionis inditum est. paulatim deinde ludicra ars ad saturarum modos perrepsit, a quibus primus omnium poeta Liuius ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit, isque sui operis actor, cum saepius a populo reuocatus uocem obtudisset, adhibito pueri ac tibicinis concentu gesticulationem tacitus peregit. Atellani autem ab Oscis acciti sunt; quod genus delectationis Italica seueritate temperatum ideoque uacuum nota est: nam neque tribu mouetur <actor> nec a militaribus stipendiis repellitur.

Text 3: Suet. *gramm.* 1,1 (Kaster, 1995 (OCT))

I 1. (1) Grammatica Romae ne in usu quidem olim, nedum in honore ullo erat, rudi scilicet ac bellicosa etiamtum ciuitate necdum magnopere liberalibus disciplinis vacante. (2) initium quoque eius mediocre extitit, siquidem antiquissimi doctorum, qui idem et poetae et semigraeci erant – Livium et Ennium dico, quos utraque lingua domi forisque docuisse adnotatum est – nihil amplius quam Graecos interpretabantur aut si quid ipsi Latine composuissent praelegebant. (3) nam quod nonnulli tradunt duos libros – de litteris syllabisque, item de metris – ab eodem Ennio editos, iure arguit L. Cotta non poetae sed posterioris Enni esse, cuius etiam de augurali disciplina volumina ferantur.

Text 4: Liv. Andr. *trag.* 20-22 (ed. Warmington, II, 1961 (Loeb))

Equos Troianus

20-22

Nonius, 475,10: 'Opitula.' Livius Equo Troiano –

Da mihi
hasce opes quas peto, quas precor! Porrige,
opitula!

Text 5: Naev. *com.* 21; 22-26 (ed. Warmington, II, 1961 (Loeb))

Ariolus

21

Gellius, III,3,15: De Navio ... accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse Ariolum et Leontem ... unde post a tribunis plebis exemptus est, cum in his quas supra dixi fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.

Festus, 202, 23: 'Oreae,' freni quod ori inferuntur. ... Naevius in Hariolo –

Deprandi autem leoni si obdas oreas,

22-26

Macrobius, *S.*, III, 18,6: 'Praenestinae nuces.' Est ... illud apud Naevium in fabula Ariolo –

(A) Quis heri

apud te?

(B) Praenestini et Lanuvini hospites.

(A) Suopte utrosque decuit acceptos cibo,
alteris inanem volvulam madidam dari,
alteris nuces in proclivi profundier.

Text 6: Naev. *trag.* 1-2 (ed. Warmington, II, 1961 (Loeb))

Andromacha

1-2

Servius auctus, ad Verg. *Georg.* I, 266: 'Fiscina' genus est vasis, id est corbulae brevis. ... Naevius in Andromacha –

Quod tu, mi gnate, quaeso ut in pectus tuum
demittas, tamquam in fiscinam vindemitor.

Text 7: Enn. *trag.* 94-100: 101-108 (ed. Warmington, I, 1961 (Loeb))

Andromacha sive Andromacha aechmalotis

94-100

Eur. *Tr.* 587, 590 (cp. *Androm.* 523-25): *μόλοις ὧ πόσις μοι ... σᾶς δάμαρτος ἄλκαρ.*

Cicero, *Tusc. Disp.* III, 19,44: Quaerendum igitur quem ad modum aegritudine privemus eum qui ita dicat (*Thyest.* 363-65). ... Ecce tibi altera parte ab eodem poeta –

ex opibus summis opis egens Hector tuae

Huic subvenire debemus; quaerit enim auxilium –

Quid petam praesidi aut exequar, quove nunc
auxilio exili aut fuga freta sim?
arce et urbe orba sum. Quo accidam, quo applicem,
cui nec arae patriae domi stant, fractae et disiectae iacent,
fana flamma deflagrata, tosti alti stant parietes
deformati atque abiete crispa. ...

Eur. *Androm.* 394: ὦ τάλαινα' ἐμὴ πατρίς ... 400 ... κατεῖδον, οἰκτρῶς τ' Ἴλιον πυρούμενον.

Cic. *l.c.*: Scitis quae sequantur, et illa in primis –

O pater o patria o Priami domus!
saeptum altisono cardine templum;
vidi ego te, adstante ope barbarica,
tectis caelatis laqueatis
auro ebore instructam regifice.

O poetam egregium, quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur. Sentit omnia repentina et necopinata esse graviora. Exaggeratis igitur regiis opibus quae videbantur sempiternae fore, quid adiungit? –

Haec omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam evitari,
Iovis aram sanguine turpari.

Praeclarum carmen; est enim et rebus et verbis et modis lugubre.

Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
3. Kollegstunde (08.03.12)
Von Livius Andronicus bis Ennius: Das römische Epos

Texte: Text 1: Liv. Andr. *carm.* frg. 1-9 (W)
Text 2: Naev. *carm.* frg. 44-46 (W)
Text 3: Enn. *Scipio* 1-4 (W) (= frg.var. 9-11, ed. J. Vahlen, 1903)
Text 4: Enn. *ann.* 2-15 (W); 32-48 (W); 210-227 (W)

Text 1: Liv. Andr. *carm.* frg. 1-9 (ed. Warmington, II, 1961 (Loeb))

Odissia

Liber I

1

Hom. *Od.* I, 1 Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον,

Gellius, XVIII, 9,5: Offendi in bibliotheca Patrensi librum verae vetustatis Livii Andronici, qui inscriptus est Ὀδύσσεια, in quo erat versus primus cum hoc (*inseque*) sine u littera –

Virum mihi, Camena, insece versutum,

2

I, 45 ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, cp. I, 81, *al.*

Priscianus, ap. *G.L.* II, 305,8: ‘O filie’ et ‘o fili.’ Livius Andronicus in Odissia –

Pater noster, Saturni filie,

3-4

I, 64 Τέκνον ἐμόν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

Priscianus, ap. *G.L.*, II, 230, 27 K: ‘Pueri, pueri,’ cuius femininum puera dicebant antiquissimi ... –

‘Mea puer, quid verbi ex tuo ore supra
fugit?’

Cp. Charis. ap. *G.L.* I, 84, 5 K: (puer et in feminino sexu. ...)

5

I, 65 Πῶς ἂν ἔπειτ’ Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην, ...

Priscianus, ap. *G.L.*, II, 301, 9 K: Haec ... eadem etiam in e proferebant antiquissimi, O Vergilie, Mercurie dicentes ... –

‘... Neque enim te oblitus sum Laertie noster,

6

I, 136-7 *Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόφ' ἐπέχευε φέρουσα ...* Cp. VII, 172-4, *al.*

Nonius, 544, 20: 'Polybrum' ... nos trulleum vocamus. Livius –

argenteo polybro, aureo eglutro

7

I, 169 (*et al.*) Ἄλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον

Nonius, 509, 20: 'Disertim' ... plane, palam. ... Livius –

'tuque mihi narrato omnia disertim;

8

I, 225-6 *τίς δαίς, τίς δαὶ ὄμιλος ὄδ' ἔπλετο; τίπτε δέ σε χρεώ; / εἰλαπίνη ἦε γάμος;*

Priscianus, ap. *G.L.*, II, 321, 6: Nominativus (*daps*) in usu frequenti non est, quem Livius Andronicus in I Odissiae ponit –

'Quae haec daps est? Qui festus dies?

9

I, 248 *τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται,*

Paulus, ex F., 282, 3: 'Procitum,' cum prima syllaba corripitur, significat petitum. Livius –

'... matrem procitum plurimi venerunt,

Text 2: Naev. *carm.* frg. 44-46 (ed. Warmington, II, 1961 (Loeb))

Ex incertis libris

44-46

Priscianus, ap. *G.L.*, II, 198, 6: (p. 30) Naevius in carmine Belli Punici I –

Inerant signa expressa quo modo Titani
bicorpores Gigantes magnique Atlantes
Runcus atque Porporeus filii Terras ...

Cp. Prisc., ap. *G.L.*, 217, 12.

Text 3: Enn. *Scipio* 1- 4 (ed. Warmington, I, 1961 (Loeb)) [= frg.var. 9-11, ed. Vahlen, 1903]

1-4

Macrobius, *S.* VI, 2, 26: 'Tum pater omnipotens ... premit placida aequora pontus' (*Aen.* X, 100 *s.*). Ennius in Scipione –

Mundus caeli vastus constitit silentio
et Neptunus saevus undis asperis pausam dedit,
sol equis iter repressit unguis volantibus,
constitere amnes perennes, arbores vento vacant.

Text 4: Enn. *ann.* 2-15; 32-48; 210-227 (ed. Warmington, I, 1961 (Loeb))

Liber 1

2-3

[Probus], ap. *G.L.* IV, 23, 11 K: Neutro genere ... brevis est (syllaba). ... Ennius in I –

Nam populos ...
... Italos res atque poemata nostra cluebunt.

Fronto, de *Eloq.* 146 N: Magistra Homeri Calliopa, magister Enni Homerus et Somnus.

Fronto, *Epp.* Vol. I, p. 94 (cp. 98) Haines: Transeo nunc ad Q. Ennium nostrum, quem tu ais ex somno et somnio initium sibi scribendi fecisse. Sed profecto nisi ex somno suscitatus esset, numquam somnium suum narrasset.

4

Fronto, *Epp.*, Vol. I, pp. 204 H: Si quando te –

somno leni
ut poeta ait –
placidoque revinctus

video in somnis, numquam est quin amplectar et exosculer ... hoc unum ex Annalibus sumptum amoris mei argumentum poeticum et sane somniculosum.

5

Cicero, *Ac. Pr.* II, 16, 51: Cum somniavit (*Ennius*) narravit –

visus Homerus adesse poeta.

Cp. *Ac. Pr.* 27, 88: *de Re Pub.* VI, 10, 10.

6

Cicero, *Ac. Pr.* II, 27, 88: Nisi vero Ennium non putamus ita totum illud audivisse –

‘O pietas animi!

si modo id somniavit ut si vigilans audiret.

Cp. Donat. in Ter. *Eun.* III, 5, 12.

7-10

Epicharmus, ap. *Com. Cr. Fr.* I, 123 Kaibel: καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τῶν ἀλεκτορίδων γένος, ...

Varro, *L.L.* V, 59: Haec duo caelum et terra quod anima et corpus. Humidum et frigidum terra, sive –

‘Ova parere solet genus pennis condecoratum
non animam;
ut ait Ennius –
‘et post inde venit divinitus pullis
ipsa anima;

sive, ut Zenon Citieus, animalium semen ignis isque anima et mens.

Cp. Diomed., ap. *G.L.* I, 383, 5 K: Priscian., ap. *G.L.* II, 401, 3 K.

11-12

Varro, *L.L.* V, 60: Recte igitur ... quod ait ... Ennius –

‘terraque corpus
quae dedit ipsa capit neque dispendi facit hilum.

Cp. V, 111; IX, 53.

13

Donatus in Ter. *Andr.* II, 5, 18: ‘Memini videre’ pro ‘vidisse’ Ennius –

‘Memini me fiere pavum.

Cp. Donat. in Ter., in *Adelph.* I, 2, 26; *Phorm.* I, 2, 24; Charis. ap. *G.L.* I, 98, 4 K; Tertull. *de An.* 33 pavum se meminit Homerus Ennio somniantem. Lucret. I, 112-126.

Schol. *ad Pers.*, *Prol.* 2-3: Tangit Ennium qui dixit se vidisse per somnium in Parnaso Homerum sibi dicentem quod eius anima in suo esset corpore.

14

Persius, S., VI, 9-11: –

‘Lunai portum, est operae, cognoscite, cives.’

Cor iubet hoc Enni postquam destertuit esse/ Maeonides, Quintus pavone ex Pythagoreo.

Schol., *ad loc.*: Hunc versum ad suum carmen de Ennii carminibus transtulit. Merito ergo ait ‘cor iubet hoc Enni postquam destertuit.’ Sic Ennius ait in *Annalium suorum principio*, ubi dicit se vidisse in somnis Homerum dicentem fuisse quondam pavonem et ex eo translata in se animam esse secundum Pythagorae philosophi definitionem.

Cp. Porphyr. ad Hor. *Ep.* II, 1, 50-3; Lactant. in Stat. *Theb.* III, 484; Ov. *Met.* XV, 160 s.; Hor. *C.* I, 28-9 s.

15

Priscianus, ap. *G.L.* II, 97-8 K: ‘Veterrimus quasi a ‘veter.’ ... Ennius –

Quom veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo,

32-48

Cicero, *de Div.* I, 20, 40: Narrat ... apud Ennium Vestalis illa –

Excita quom tremulis anus attulit artibus lumen,
talia tum memorat lacrumans exterrita somno:
‘Euridica prognata, pater quam noster amavit,
vires vitaeque corpus meum nunc deserit omne. 35
Nam me visus homo pulcher per amoena salicta
et ripas raptare locosque novos; ita sola
postilla, germana soror, errare videbar,
tardaque vestigare et quaerere te, neque posse
corde capessere; semita nulla pedem stabilibat. 40
Exin conpellare pater me voce videtur
his verbis: ‘O gnata, tibi sunt ante ferendae
aerumnae, post ex fluvio fortuna resistet.’
Haec ecfatus pater, germana, repente recessit,

nec sese dedit in conspectum corde cupitus, 45
quamquam multa manus ad caeli caerulea templa
tendebam lacrumans et blanda voce vocabam.
Vix aegro tum corde meo me somnus reliquit.

Liber VII

210-27

Gellius, XII, 4,4: Descriptum definitumque est a Quinto Ennio in Annali septimo graphice admodum sciteque sub historia Gemini Servilii, viri nobilis, quo ingenio, qua comitate qua modestia ... amicum esse conveniat hominis genere et fortuna superioris –

Haece locutus vocat quocum bene saepe libenter
mensam sermonesque suos rerumque suarum
comiter inperit, magnam cum lassus diei
partem trivisset de summis rebus regendis,
consilio indu foro lato sanctoque senatu;
quoi res audacter magnas parvasque iocumque 215
eloqueretur sed cura, malaque et bona dictu
evomeret si qui vellet tutoque locaret;
quorum multa volup ac gaudia clamque palamque,
ingenium quoi nulla malum sententia suadet
ut faceret facinus levis aut malus; doctus fidelis 220
suavis homo facundus, suo contentus, beatus,
scitus, secunda loquens in tempore, commodus,
verbum
paucum, multa tenens antiqua, sepulta vetustas
quae facit, et mores veteresque novosque, tenens res
multorum veterum, leges divumque hominumque, 225
prudenter qui dicta loquive tacereve posset.
Hunc inter pugnas Servilius sic compellat.

L. Aelium Stilonem dicere solitum ferunt, Q. Ennium de semet ipso haec scripsisse picturamque istam morum et ingenii ipsius Q. Ennii factam esse.

Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
4. Kollegstunde (15.03.12)
Von Plautus bis Terenz: Die römische Komödie

Texte: Text 1: Gell. 3, 3, 1-3
Text 2: Plaut. *Casina prol.*
Text 3: Ter. *Andria prol.*
Text 4: Ter. *Hecyra prol.*
Text 5: Ter. *Adelph.* 958ff.
Text 6: Plaut. *Pseudolus* (selbständig auf Deutsch lesen)

Text 1: Gell. 3, 3, 1-3 (ed. Rolfe, 1984 (Loeb))

De noscendis explorandisque Plauti comoediis, quoniam promisece verae atque falsae nomine eius inscriptae feruntur; atque inibi, quod Plautus et Naevius in carcere fabulas scriptitarint.

3. 1. Verum esse comperior quod quosdam bene litteratos homines dicere audivi, qui plerasque Plauti comoedias curiose atque contente lectitarunt, non indicibus Aelii nec Sedigiti nec Claudii nec Aurelii nec Accii nec Manilii super his fabulis quae dicuntur "ambiguae" crediturum, sed ipsi Plauto moribusque ingeni atque linguae eius. 2. Hac enim iudicii norma Varronem quoque usum videmus. 3. Nam praeter illas unam et viginti quae "Varronianae" vocantur, quas idcirco a ceteris segregavit, quoniam dubiosae non erant set consensu omnium Plauti esse censebantur, quasdam item alias probavit adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto vindicavit, sicuti istam, quam nuperrime legebamus, cui est nomen Boeotia.

Text 2: Plaut. *Casina prol.* (ed. Lindsay, 1903 (OCT))

PROLOGVS

Saluere iubeo spectatores optumos,
Fidem qui facitis maxumi - et uos Fides.
si uerum dixi, signum clarum date mihi,
ut uos mi esse aequos iam inde a principio sciam.
qui utuntur uino uetere sapientis puto 5
et qui lubenter ueteres spectant fabulas.
antiqua opera et uerba quom uobis placent,
aequom est placere ante <alias> ueteres fabulas:
nam nunc nouae quae prodeunt comoediae
multo sunt nequiores quam nummi noui. 10
nos postquam populi rumore intelleximus
studiose expetere uos Plautinas fabulas,
anticuam eiuis edimus comoediam,
quam uos probastis qui estis in senioribus;
nam iuniorum qui sunt non norunt, scio; 15
uerum ut cognoscant dabimus operam sedulo.
haec quom primum acta est, uicit omnis fabulas.
ea tempestate flos poetarum fuit,

qui nunc abierunt hinc in communem locum.
 sed tamen absentes prosunt <pro> praesentibus. 20
 vos omnis opere magno esse oratos uolo
 benigne ut operam detis ad nostrum gregem.
 eicite ex animo curam atque alienum aes,
 ne quis formidet flagitatorem suum:
 ludi sunt, ludus datus est argentariis, 25
 tranquillum est, Alcedonia sunt circum forum:
 ratione utuntur, ludis poscunt neminem,
 secundum ludos reddunt autem nemini.
 aures uociuae si sunt, animum aduertite:
 comoediai nomen dare uobis uolo. 30
Κληρούμενοι uocatur haec comoedia
 graece, latine Sortientes. Diphilus
 hanc graece scripsit, postid rusum denuo
 latine Plautus cum latranti nomine.
 senex hic maritus habitat; ei est filius, 35
 is una cum patre in illisce habitat aedibus.
 est ei quidam seruos qui in morbo cubat,
 immo hercle uero in lecto, ne quid mentiar;
 is seruos, sed abhinc annos factum est sedecim
 quom conspicatust primulo crepusculo 40
 puellam exponi. adit extemplo ad mulierem,
 quae illam exponebat, orat, ut eam det sibi:
 exorat, aufert; detulit recta domum,
 dat erae suae, orat, ut eam curet, educet.
 era fecit, educauit magna industria, 45
 quasi si esset ex se nata, non multo secus.
 postquam ea adoleuit ad eam aetatem ut uiris
 placere posset, eam puellam hic senex
 amat ecflictim, et item contra filius.
 nunc sibi uterque contra legiones parat 50
 paterque filiusque, clam alter alterum:
 pater adlegauit uilicum qui posceret
 sibi istanc uxorem: is sperat, si ei sit data,
 sibi fore paratas clam uxorem excubias foris.
 filius is autem armigerum adlegauit suum, 55
 qui sibi eam uxorem poscat: scit, si id impetret,
 futurum quod amat intra praesepis suas.
 senis uxor sensit uirum amoris operam dare,
 propterea una consentit cum filio.
 ille autem postquam filium sensit suum 60
 eandem illam amare et esse impedimento sibi,
 hinc adolescentem peregre ablegauit pater;
 sciens ei mater dat operam absenti tamen.
 is, ne exspectetis, hodie in hac comoedia
 in urbem non redibit: Plautus noluit, 65
 pontem interruptit, qui erat ei in itinere.
 sunt hic inter se quos nunc credo dicere:
 `quaeso hercle, quid istuc est? seruiles nuptiae?
 seruin uxorem ducent aut poscent sibi?
 nouom attulerunt, quod fit nusquam gentium.' 70

at ego aiio id fieri in Graecia et Carthagini,
 et hic in nostra terra, in <terra> Apulia;
 maioreque opere ibi seruiles nuptiae
 quam liberales etiam curari solent;
 id ni fit, mecum pignus si quis uolt dato 75
 in urnam mulsi, Poenus dum iudex siet
 vel Graecus adeo, uel mea caussa Apulus.
 quid nunc? nil agitis? sentio, nemo sitit.
 reuortar ad illam puellam expositiciam:
 quam serui summa ui sibi uxorem expetunt, 80
 ea inuenietur et pudica et libera,
 ingenua Atheniensis, neque quicquam stupri
 faciet profecto in hac quidem comoedia.
 mox hercle uero, post transactam fabulam
 argentum si quis dederit, ut ego suspicor, 85
 ultro ibit nuptum, non manebit auspices.
 tantum est. ualete, belle rem gerite [et] uincite
 uirtute uera, quod fecistis antidhac.

Text 3: Ter. *Andria prol* (ed. Shipp, 1960)

PROLOGVS

Poeta quom primum animum ad scribendum adpulit,
 id sibi negoti credidit solum dari,
 populo ut placerent quas fecisset fabulas.
 verum aliter evenire multo intellegit;
 nam in prologis scribundis operam abutitur, 5
 non qui argumentum narret sed qui malevoli
 veteris poetae maledictis respondeat.
 nunc quam rem vitio dent quaeso animum adtendite.
 Menander fecit Andriam et Perinthiam.
 qui utramvis recte norit ambas noverit: 10
 non ita dissimili sunt argumento, [s]et tamen
 dissimili oratione sunt factae ac stilo.
 quae convenere in Andriam ex Perinthia
 fatetur transtulisse atque usum pro suis.
 id isti vituperant factum atque in eo disputant 15
 contaminari non decere fabulas.
 faciuntne intellegendo ut nil intellegant?
 qui quom hunc accusant, Naevium Plautum Ennium
 accusant quos hic noster auctores habet,
 quorum aemulari exoptat negligentiam 20
 potius quam istorum obscuram diligentiam.
 de(h)inc ut quiescant porro moneo et desinant
 male dicere, malefacta ne noscant sua.
 favete, adeste aequo animo et rem cognoscite,
 ut pernoscatis ecquid spei sit relicuom, 25
 posthac quas faciet de integro comoedias,
 spectandae an exigendae sint vobis prius.

Text 4: Ter. *Hecyra prol.* (ed. Kauer/Lindsay, 1926 (OCT))

PROLOGVS (I)

Hecyra est huic nomen fabulae. haec quom datast
nova, novom intervenit vitium et calamitas
ut neque spectari neque cognosci potuerit:
ita populu' studio stupidus in funambulo
animum occuparat. nunc haec planest pro nova, 5
et is qui scripsit hanc ob eam rem noluit
iterum referre ut iterum possit vendere.
alias cognostis eiu': quaeso hanc noscite.

PROLOGVS (II)

Orator ad vos venio ornatu prologi:
sinite exorator sim eodem ut iure uti senem 10
liceat quo iure sum usus adulescentior,
novas qui exactas feci ut inveterascerent,
ne cum poeta scriptura evanesceret.
in is quas primum Caecili didici novas
partim sum earum exactu', partim vix steti. 15
quia scibam dubiam fortunam esse scaenicam,
spe incerta certum mihi laborem sustuli,
easdem agere coepi ut ab eodem alias discerem
novas, studiose ne illum ab studio abducerem.
perfecti ut spectarentur: ubi sunt cognitae, 20
placitae sunt. ita poetam restitui in locum
prope iam remmotum iniuria advorsarium
ab studio atque ab labore atque arte musica.
quod si scripturam sprevissem in praesentia
et in deterrendo voluissem operam sumere, 25
ut in otio esset potiu' quam in negotio,
deterruissem facile ne alias scriberet.
nunc quid petam mea causa aequo animo attendite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium
numquam agere licitumst; ita eam oppressit calamitas. 30
eam calamitatem vostra intellegentia
sedabit, si erit adiutrix nostrae industriae.
quom primum eam agere coepi, pugilum gloria
(funambuli eodem accessit exspectatio),
comitum conventu', strepitu', clamor mulierum 35
fecere ut ante tempus exirem foras.
vetere in nova coepi uti consuetudine
in experiundo ut essem; refero denuo.
primo actu placeo; quom interea rumor venit
datum iri gladiatores, populu' convolat, 40
tumultuantur clamant, pugnant de loco:
ego interea meum non potui tutari locum.
nunc turba nulla est: otium et silentiumst:
agendi tempu' mihi datumst; vobis datur
potestas condecorandi ludos scaenicos. 45

nolite sinere per vos artem musicam
 recidere ad paucos: facite ut vostra auctoritas
 meae auctoritati fautrix adiutrixque sit.
 si numquam avare pretium statui arti meae
 et eum esse quaestum in animum induxi maxumum 50
 quam maxume servire vostris commodis,
 sinite impetrare me, qui in tutelam meam
 studium suum et se in vostram commisit fidem,
 ne eum circumventum inique iniqui inrideant.
 mea causa causam accipite et date silentium, 55
 ut lubeat scribere aliis mihi que ut discere
 novas expediat posthac pretio emptas meo.

Text 5: Ter. *Adelph.* 958ff. (ed. Martin, 1995 (Cambridge UP))

SYRVS DEMEA MICIO AESCHINVS IX
 SERVOS SENES DVO ADULESCENS

SY. factumst quod iussisti, Demea.
 DE. frugi homo's. ergo edepol hodie mea quidem sententia
 iudico Syrum fieri esse aequom liberum. MI. Istunc liberum? 960
 quodnam ob factum? DE. multa. SY. o noster Demea, edepol uir bonu's.
 ego istos uobis usque a pueris curavi ambos sedulo:
 docui, monui, bene praecepi semper quae potui omnia.
 DE. res apparet. et quidem porro haec, opsonare cum fide,
 scortum adducere, adparare de die conuiuium: 965
 non mediocris hominis haec sunt officia. SY. o lepidum caput!
 DE. postremo hodie in psaltria hac emunda hic adiutor fuit,
 hic curavit: prodesse aequomst: alii meliores erunt.
 denique hic uolt fieri. MI. vin tu hoc fieri? AE. cupio. MI. si quidem hoc
 tu uis: Syre, eho accede huc ad me: liber esto. SY. bene facis. 970
 omnibus gratiam habeo et seorsum tibi praeterea, Demea.
 DE. gaudeo. AE. et ego. SY. credo. utinam hoc perpetuom fiat gaudium,
 Phrygiam ut uxorem meam una mecum uideam liberam!
 DE. optumam istam mulierem. SY. et quidem tuo nepoti huius filio
 hodie prima mammam dedit haec. DE. hercle uero serio, 975
 siquidem prima dedit, haud dubiumst quin emitti aequom siet.
 MI. ob eam rem? DE. ob eam. postremo a me argentum quantist sumito.
 SY. di tibi, Demea, omnes semper omnia optata offerant!
 MI. Syre, processisti hodie pulcre. DE. siquidem porro, Micio,
 tu tuom officium facies, atque huic aliquid paullum prae manu 980
 dederis, unde utatur, reddet tibi cito. MI. istoc uilius.
 AE. frugi homost. SY. reddam hercle, da modo. AE. age, pater! MI. post consulam.
 DE. faciet. SY. o uir optume! AE. o pater mi festiuissime!
 MI. quid istuc? quae res tam repente mores mutauit tuos
 quod prolubium? quae istaec subitast largitas? DE. dicam tibi: 985
 ut id ostenderem, quod te isti facilem et festiuom putant,
 id non fieri ex uera uita neque adeo ex aequo et bono,
 sed ex adsentando indulgendo et largiendo, Micio.
 nunc adeo si ob eam rem uobis mea uita inuisa, Aeschine, est,
 quia non iusta iniusta prorsus omnia omnino obsequor, 990

missa facio: effundite, emite, facite quod uobis lubet.
sed si uultis potius, quae uos propter adulescentiam
minus uidetis, magis inpense cupitis, consulitis parum,
haec reprehendere et corrigere me et secundare in loco,
ecce me qui id faciam uobis. AE. tibi, pater, permittimus:
plus scis quod opus factost. sed de fratre quid fiet? DE. sino:
habeat; in istac finem faciat. MI. istuc recte. CANTOR. Plaudite.

995

Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
5. Kollegstunde (22.03.12)
Von den *annales Graeci* zur römischen Geschichtsschreibung

Texte: Text 1: Cic. *leg.* 1, 5-7
Text 2: Gell. 11, 8, 2-4
Text 3: Nep. *Cato* 3, 1-4
Text 4: Gell. 2, 28, 6
Text 5: Gell. 3, 7 (= Cato *orig.* 4, 7 Chassignet / 4, 7a Beck/Walter / frg. 83, Peter)

Text 1: Cic. *leg.* 1, 5-7 (ed. Powell, 2006 (OCT))

[Q.] Intellego te, frater, alias in historia leges obseruandas putare, alias in poemate.

[M.] Quippe, cum in illa ad ueritatem <omnia>, Quinte, referantur, in hoc ad delectationem pleraque; quamquam et apud Herodotum, patrem historiae, et apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae.

[A.] Teneo quam optabam occasionem, neque omittam.

[M.] Quam tandem, Tite?

[A.] Postulatur a te iamdiu, uel flagitatur potius, historia; sic enim putant, te illam tractante effici posse, ut in hoc etiam genere Graeciae nihil cedamus. Atque ut audias quid ego ipse sentiam, non solum mihi uideris eorum studiis qui tuis litteris delectantur, sed etiam patriae debere hoc munus, ut ea quae salua per te est, per te eundem sit ornata. Abest enim historia litteris nostris, ut et ipse intellego et ex te persaepe audio; potes autem tu profecto satis facere in ea, quippe cum sit opus (ut tibi quidem uideri solet) unum hoc oratorium maxime.

Quamobrem aggredere, quaesumus, et sume ad hanc rem tempus, quae est a nostris hominibus adhuc aut ignorata aut relicta. Nam post annales pontificum maximorum, quibus nihil potest esse ieuius, si aut ad Fabium aut ad eum qui tibi semper in ore est, Catonem, aut ad Pisonem aut ad Fannium aut ad Vennonium uenias, quamquam ex his alius alio plus habet uirium, tamen quid tam exile quam isti omnes? Fanni autem aetati coniunctus Antipater paulo inflauit uehementius, habuitque uires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palaestra, sed tamen admonere reliquos potuit ut accuratius scriberent: ecce autem successere huic Gellius, Claudius, Asellio, nihil ad Coelium, sed potius ad antiquorum languorem et inscitiam.

Nam quid Macrum numerem? Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia, sed ex librariolis Latinis: in orationibus autem multas ineptias, et adeo summam imprudentiam. Sisenna, eius amicus, omnis adhuc nostros scriptores (nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus) facile superauit; is tamen neque orator in numero uestro umquam est habitus, et in historia puerile quiddam consecatur, ut unum Clitarchum neque praeterea quemquam de Graecis legisse uideatur, eum tamen uelle dumtaxat imitari; quem si assequi posset, aliquantum ab optimo tamen abesset. Quare tuum est munus hoc, a te exspectatur; nisi quid Quinto uidetur secus.

Text 2: Gell. 11, 8, 2-4 (ed. Rolfe, 1982 (Loeb))

2. Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, res Romanas oratione Graeca scriptitavit. 3. In eius *Historiae* principio scriptum est ad hanc sententiam: neminem suscensere sibi convenire, si quid in his libris parum composite aut minus eleganter tum scriptum foret; "nam sum," inquit, "homo Romanus natus in Latio, Graeca oratio a nobis alienissima est," ideoque veniam gratiamque malae existimationis, si quid esset erratum, postulavit. 4. Ea cum legisset M. Cato:

"Ne tu," inquit "Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari quam culpa vacare. Nam petere veniam solemus, aut cum imprudentes erravimus aut cum compulsus peccavimus. Dic," inquit, "oro te, quis perpulit ut id committeres, quod, priusquam faceres, peteres ut ignosceretur?"

Text 3: Nep. *Cato* 3, 1-4 (ed. Marshall, 1977 (Teubner))

3.1. In omnibus rebus singulari fuit industria: nam et agricola sollers et peritus iuris consultus et magnus imperator et probabilis orator et cupidissimus litterarum fuit. 2. quarum studium etsi senior arripuerat, tamen tantum progressum fecit, ut non facile reperiri possit neque de Graecis neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. ab adolescentia confecit orationes. 3. senex historias scribere instituit. earum sunt libri septem. primus continet res gestas regum populi Romani, secundus et tertius, unde quaeque civitas orta sit Italica, ob quam rem omnes Origines videtur appellasse. in quarto autem bellum Poenicum est primum, in quinto secundum. 4. atque haec omnia capitulatim sunt dicta. reliquaque bella pari modo persecutus est usque ad praeturam Servii Galbae, qui diripuit Lusitanos: atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. in eisdem exposuit, quae in Italia Hispanisque aut fierent aut viderentur admiranda: in quibus multa industria et diligentia comparet, nulla doctrina.

Text 4: Gell. 2, 28, 6 (ed. Rolfe, 1984 (Loeb))

6. Verba Catonis ex *Originum* quarto haec sunt: "Non lubet scribere quod in tabula apud pontificem maximum est, quotiens annona cara, quotiens lunae aut solis lumine caligo aut quid obstiterit."

Text 5: Gell. 3, 7 (ed. Rolfe, London 1984 (Loeb))

(= *Cato orig.* 4, 7 ed. Chassignet / 4, 7a ed. Beck/Walter / frg. 83 ed. Peter)

Historia ex annalibus sumpta de Q. Caedicio tribuno militum; verbaque ex Originibus M. Catonis apposita, quibus Caedici virtutem cum Spartano Leonida aequiperat.

Pulcrum, dii boni, facinus Graecarumque facundiarum magniloquentia condignum M. Cato libris *Originum* de Q. Caedico tribuno militum scriptum reliquit.

Id profecto est ad hanc ferme sententiam: Imperator Poenus in terra Sicilia, bello Carthaginiensi primo, obviam Romano exercitu progreditur, colles locosque idoneos prior occupat. Milites Romani, uti res nata est, in locum insinuant fraudi et perniciem obnoxium. Tribunus ad consulem venit, ostendit exitium de loci importunitate et hostium circumstantia maturum. "Censeo", inquit, "si rem servare vis, faciendum ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam (sic enim Cato locum editum asperumque appellat) ire iubeas, eamque uti occupent, imperes hortentisque; hostes profecto ubi id viderint, fortissimus quisque et promptissimus ad occurrendum pugnandumque in eos praevertentur unoque illo negotio sese alligabunt, atque illi omnes quadringenti procul dubio obruncabuntur. Tunc interea, occupatis in ea caede hostibus, tempus exercitus ex loco educendi habebis. Alia nisi haec salutis via nulla est." Consul tribuno respondit consilium quidem istud aequae providens sibi viderier; "Sed istos," inquit, "milites quadringentos ad eum locum in hostium cuneos quisnam erit qui ducat?" "Si alium," inquit tribunus, "neminem repperis, me licet ad hoc periculum utare; ego hanc tibi et rei publicae animam do." Consul tribunum gratias laudesque agit. Tribunus et quadringenti ad moriendum proficiscuntur. Hostes eorum audaciam demirantur, quorsum ire pergant in expectando sunt. Sed ubi apparuit ad eam verrucam occupandam iter intendere,

mittit adversum illos imperator Carthaginiensis peditatum equitatumque quos in exercitu viros habuit strenuissimos. Romani milites circumveniuntur, circumventi repugnant; fit proelium diu anceps. Tandem superat multitudo. Quadringenti omnes cum uno perfossi gladiis aut missilibus operati cadunt. Consul interim, dum ibi pugnatur, se in locos tutos atque editos subducit. Sed quod illi tribuno, duci militum quadringentorum, divinitus in eo proelio usu venit, non iam nostris, sed ipsius Catonis verbis subiecimus: "Dii immortales tribuno militum fortunam ex virtute eius dedere. Nam ita evenit: cum saucius multifariam ibi factus esset, tamen volnus capiti nullum evenit, eumque inter mortuos defetigatum volneribus atque, quod sanguen eius defluserat, cognovere. Eum sustulere, isque convaluit, saepeque postilla operam reipublicae fortem atque strenuam perhibuit illoque facto, quod illos milites subduxit, exercitum ceterum servavit. Sed idem benefactum quo in loco ponas, nimium interest. Leonides Laco, qui simile apud Thermopylas fecit, propter eius virtutes omnis Graecia gloriam atque gratiam praecipuam claritudinis inclitissimae decoravere monumentis: signis, statuis, elogiis, historiis aliisque rebus gratissimum id eius factum habuere; at tribuno militum parva laus pro factis relicta, qui idem fecerat atque rem servaverat." Hanc Q. Caedici tribuni virtutem M. Cato tali suo testimonio decoravit.

Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
6. Kollegstunde (29.03.12)
Oratorum veterum fragmenta:
Die Entstehung einer literarischen Rhetorik in Rom

Texte: Text 1: Gell. 6,3 (= Cato *orig.* 5,3a-g ed. Chassignet / 5,3 ed. Beck/Walter / frg. 95a-g ed. Peter)
Text 2: Plu. *vitae*: Tiberius Gracchus IX, 4-5

Text 1: Gell. 6, 3 (ed. Rolfe, 1984 (Loeb))

Quid Tiro Tullius, Ciceronis libertus, reprehenderit in M. Catonis oratione quam pro Rodiensibus in senatu dixit; et quid ad ea, quae reprehenderat, responderimus.

Civitas Rodiensis et insulae opportunitate et operum nobilitatibus et navigandi sollertia navalibusque victoriis celebrata est. Ea civitas, cum amica atque socia populi Romani foret, Persa tamen, Philippi filio, Macedonum rege, cum quo bellum populo Romano fuit, amico usa est, conixique sunt Rhodienses legationibus Romam saepe missis id bellum inter eos componere. Sed, ubi ista pacificatio perpetrari nequivit, verba a plerisque Rodiensibus in contionibus eorum ad populum facta sunt, ut, si pax non fieret, Rhodienses regem adversus populum Romanum adiutarent. Sed nullum super ea re publicum decretum factum est. At ubi Perses victus captusque est, Rodienses pertimere ob ea quae conpluriens in coetibus populi acta dictaque erant, legatosque Romam miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur et fidem consiliumque publicum expurgarent. Legati postquam Romam venerunt et in senatum intromissi sunt, verbisque suppliciter pro causa sua factis e curia excesserunt, sententiae rogari coeptae; cumque partim senatorum de Rodiensibus quererentur maleque animatos eos fuisse dicerent bellumque illis faciendum censerent, tum M. Cato exurgit et optimos fidissimosque socios, quorum opibus diripiendis possidendisque non pauci ex summatibus viris intenti infensique erant, defensum conservatumque pergit orationemque inclutam dicit, quae et seorsum fertur inscriptaque est *Pro Rodiensibus* et in quintae *Originis* libro scripta est.

Tiro autem Tullius, M. Ciceronis libertus, sane quidem fuit ingenio homo eleganti haudquaquam rerum litterarumque veterum indoctus, eoque ab ineunte aetate liberaliter instituto adminiculatore et quasi administro in studiis litterarum Cicero usus est. Sed profecto plus ausus est quam ut tolerari ignoscique possit. Namque epistulam conscripsit ad Q. Axiium, familiarem patroni sui, confidenter nimis et calide, in qua sibimet visus est orationem istam *Pro Rodiensibus* acri subtilique iudicio percensuisse. Ex ea epistula lubitum forte nobis est reprehensiones eius quasdam attingere: maiore scilicet venia reprehensuri Tironem, cum ille reprehenderit Catonem. Culpavit autem primum hoc, quod Cato "inerudite et ἀναγώγως", ut ipse ait, principio nimis insolenti nimisque acri et obiurgatorio usus sit, cum vereri sese ostendit ne patres, gaudio atque laetitia rerum prospere gestarum de statu mentis suae deturbati, non satis consiperent neque ad recte intellegendum consulendumque essent idonei. "In principiis autem" inquit "patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi et complacare iudices debent sensusque eorum exspectatione causae suspensos rigentesque honorificis verecundisque sententiis commulcere, non iniuris atque imperiosis minationibus confutare." Ipsum deinde principium apposuit, cuius verba haec sunt:

"Scio solere plerisque hominibus rebus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellere atque superbiam atque ferociam augescere atque crescere. Quo mihi nunc magnae curae est, quod haec res tam secunde processit, ne quid in consulendo advorsum eveniat, quod nostras secundas res confutet, neve haec laetitia nimis luxuriose eveniat. Advorsae res edomant et docent, quid opus siet facto, secundae res laetitia transvorsum trudere solent a

recte consulendo atque intellegendo. Quo maiore opere dico suadeoque uti haec res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus."

„Quae deinde Cato iuxta dicit, ea,“ inquit "confessionem faciunt, non defensionem, neque propulsationem translationemve criminis habent, sed cum pluribus aliis communicationem, quod scilicet nihili ad purgandum est. Atque etiam" inquit "insuper profitetur Rodienses, qui accusabantur quod adversus populum Romanum regi magis cupierint faverintque, id eos cupisse atque favisse utilitatis suae gratia, ne Romani Perse quoque rege victo ad superbiam ferociamque et inmodicum modum insolescerent." Eaque ipsa verba ponit, ita ut infra scriptum: "Atque ego quidem arbitror Rodienses noluisse nos ita depugnare, uti depugnatum est, neque regem Persen vinci. Sed non Rodienses modo id noluere, sed multos populos atque multas nationes idem noluisse arbitror atque haut scio an partim eorum fuerint, qui non nostrae contumeliae causa id noluerint evenire; sed enim id metuere, <ne> si nemo esset homo quem vereremur, quidquid luberet faceremus. Ne sub solo imperio nostro in servitute nostra essent, libertatis suae causa in ea sententia fuisse arbitror. Atque Rhodienses tamen Persen publice numquam adiuvere. Cogitate, quanto nos inter nos privatim cautius facimus. Nam unusquisque nostrum, si quis advorsus rem suam quid fieri arbitrantur, summa vi contra nititur, ne advorsus eam fiat; quod illi tamen perpassi."

Sed quod ad principium reprehensum attinet, scire oportuit Tironem, defensos esse Rodienses a Catone, sed ut a senatore et consulari et censorio viro, quidquid optimum esse publicum existimabat suadente, non ut a patrono causam pro reis dicente. Alia namque principia conducunt reos apud iudices defendenti et clementiam misericordiamque undique indaganti, alia, cum senatus de republica consulitur, viro auctoritate praestanti, sentiis quorundam iniquissimis permoto et pro utilitatibus publicis ac pro salute sociorum graviter ac libere indignanti simul ac dolenti. Quippe recte et utiliter in disciplinis rhetorum praecipitur, iudices de capite alieno deque causa ad sese non pertinenti cognituros, ex qua praeter officium iudicandi nihil ad eos vel periculi vel emolumenti redundaturum est, conciliandos esse ac propitiandos placabiliter et leniter existimationi salutique eius qui apud eos accusatus est. At cum dignitas et fides et utilitas omnium communis agitur, ob eamque rem aut suadendum quid ut fiat, aut, fieri iam coepto, differendum est, tum qui se in eiusmodi principiis occupat, ut benivolos benignosque sibi auditores paret, otiosam operam in non necessariis verbis sumit. Iamdudum enim negotia, pericula ipsa rerum communia consiliis eos capiendis conciliant et ipsi potius sibi exposcunt consultoris benivolentiam. Sed quod ait confessum Catonem noluisse Rodienses ita depugnari, ut depugnatum est, neque regem Persem a populo Romano vinci, atque id eum dixisse non Rodienses modo, sed multas quoque alias nationes noluisse, sed id nihil ad purgandum extenuandumve crimen valere, iam hoc primum Tiro inprobe mentitur. Verba ponit Catonis et aliis tamen eum verbis calumniatur. Non enim Cato confitetur noluisse Rodienses victoriam esse populi Romani, sed sese arbitrari dixit id eos noluisse, quod erat procul dubio opinionis suae professio, non Rodiensium culpae confessio. In qua re, ut meum quidem iudicium est, non culpa tantum vacat, sed dignus quoque laude admirationeque est, cum et ingenue ac religiose dicere visus est contra Rodienses quod sentiebat et, parta sibi veritatis fide, ipsum illud tamen, quod contrarium putabatur, flexit et transtulit, ut eos idcirco vel maxime aequum esset acceptiores carioresque fieri populo Romano, quod cum et utile iis esset et vellent regi esse factum, nihil tamen adiuvandi eius gratia fecerunt. Postea verba haec ex eadem oratione ponit:

"Ea nunc derepente tanta beneficia ultro citroque, tantam amicitiam relinquemus? quod illos dicimus voluisse facere, id nos priores facere occupabimus?" "Hoc" inquit "enthymema nequam et vitiosum est. Responderi enim potuit: ‚Occupabimus certe; nam si non occupaverimus, opprimemur incidendumque erit in insidias a quibus ante non caverimus.‘ Recteque," inquit, "hoc vitio dat Lucilius poetae Euripidae, quod, cum Polyphontes rex propterea se interfecisse fratrem diceret, quod ipse ante de nece eius consilium cepisset, Meropa, fratris uxor hisce adeo eum verbis eluserit:

Εἰ γὰρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φῆς, κτείνειν πόσις,
Χρὴ καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος παρήλυθεν.

At hoc enim," inquit, "plane stultitiae plenum est, eo consilio atque ea fini facere velle aliquid, uti numquam id facias quod velis." Sed videlicet Tiro animum non advertit non esse in omnibus rebus cavendis eandem causam, neque humanae vitae negotia et actiones et officia vel occupandi vel differendi vel etiam ulciscendi vel cavendi similia esse pugnae gladiatoriae. Nam gladiatori composito ad pugnandum pugnae haec proposita sors est, aut occidere, si occupaverit, aut occumbere, si cessaverit. Hominum autem vita non tam iniquis neque tam indomitae necessitatibus circumscripta est, ut idcirco prior iniuriam facere debeas, quam nisi feceris, pati possis. Quod tantum aberat a populi Romani mansuetudine, ut saepe iam in sese factas iniurias ulcisci neglexerit.

Post deinde usum esse Catonem dicit in eadem oratione argumentis parum honestis et nimis audacibus ac non viri qui alioqui fuit, sed vafri ac fallacis et quasi Graecorum sophistarum sollertiis. "Nam cum obiceretur" inquit "Rodiensibus quod bellum populo Romano facere voluissent, negavit poena esse dignos, quia id non fecissent, etsi maxime voluissent", induxisseque eum dicit quam dialectici ἐπαγωγὴν appellant, rem admodum insidiosam et sophisticam neque ad veritates magis quam ad captiones repertam, cum conatus sit exemplis decipientibus conligere confirmareque, neminem qui male facere voluit plecti aequum esse, nisi quod factum voluit etiam fecerit. Verba autem ex ea oratione M. Catonis haec sunt: "Qui acerrime adversus eos dicit, ita dicit "hostes voluisse fieri". Ecquis est tandem, qui vestrorum, quod ad sese attineat, aequum censeat poenas dare ob eam rem, quod arguatur male facere voluisse? Nemo, opinor; nam ego, quod ad me attinet, nolim." Deinde paulo infra dicit: "Quid nunc? Ecqua tandem lex est tam acerba, quae dicat ,si quis illud facere voluerit, mille, minus dimidium familiae, multa esto; si quis plus quingenta iugera habere voluerit, tanta poena esto; si quis maiorem pecuniam numerum habere voluerit, tantum damnas esto?" Atque nos omnia plura habere volumus et id nobis impune est." Postea ita dicit. "Sed si honorem non aequum est haberi ob eam rem, quod bene facere voluisse quis dicit neque fecit tamen, Rodiensibus oberit, quod non male fecerunt, sed quia voluisse dicuntur facere?" His argumentis Tiro Tullius M. Catonem contendere et conficere dicit Rodiensibus quoque impune esse debere, quod hostes quidem esse populi Romani voluissent, ut qui maxime non fuissent. Dissimulari autem non posse ait, quin paria et consimilia non sint, plus quingenta iugera habere velle, quod plebiscito Stolonis prohibitum fuit, et bellum iniustum atque impium populo Romano facere velle, neque item infitari posse, quin alia causa in praemio sit, alia in poenis. "Nam beneficia" inquit "promissa opperiri oportet neque ante remunerari quam facta sint, iniurias autem imminentis praecavisse iustum est quam exspectavisse. Summa enim professio stultitiae," inquit, "est, non ire obviam sceleribus cogitatis, sed manere opperiri ut, cum admissa et perpetrata fuerint, tum denique, ubi quae facta sunt infecta fieri non possunt, poeniantur."

Haec Tiro in Catonem non nimis frigide neque sane inaniter; sed enim Cato non nudam nec solitariam nec inprotectam hanc ἐπαγωγὴν facit, sed multis eam modis praefulcit multisque aliis argumentis convelat et, quia non Rodiensibus magis quam reipublicae consultabat, nihil sibi dictu factuque in ea re turpe duxit, quin omni sententiarum via servatum ire socios niteretur. Ac primum ea non incallide acquisivit, quae non iure naturae aut iure gentium fieri prohibentur, sed iure legum rei alicuius medendae aut temporis causa iussarum; sicut est de numero pecoris et de modo agri praefinito. In quibus rebus quod prohibitum est fieri quidem per leges non licet; velle id tamen facere, si liceat, inhonestum non est. Atque eas res contulit sensim miscuitque cum eo, quod neque facere neque velle per sese honestum est; tum deinde, ne disparitas conlationis evidens fieret, pluribus id propugnaculis defensat, neque tenues istas et enucleatas voluntatum in rebus illicitis reprehensiones, qualia in philosophorum otio disputantur, magni facit, sed id solum ex summa ope nititur, ut causa Rodiensium, quorum amicitiam retineri ex republica fuit, aut aequa iudicaretur aut quidem certe ignoscenda. Atque

interim neque fecisse Rodienses bellum neque facere voluisse dicit, interim autem facta sola censenda dicit atque in iudicium vocanda, sed voluntates nudas inanesque neque legibus neque poenis fieri obnoxias; interdum tamen, quasi deliquisse eos concedat, ignosci postulat et ignoscentias utiles esse rebus humanis docet ac, nisi ignoscant, metus in republica rerum novarum movet; sed enim contra, si ignoscatur, conservatum iri ostendit populi Romani magnitudinem. Superbiae quoque crimen, quod tunc praeter cetera in senatu Rodiensibus obiectum erat, mirifica et prope divina responsionis figura elusit et eluit. Verba adeo ipsa ponemus Catonis, quoniam Tiro ea praetermisit: "Rhodiensis superbos esse aiunt id obiectantes quod mihi et liberis meis minime dici velim. Sint sane superbi. Quid id ad nos attinet? Idne irascimini, si quis superbior est quam nos?" Nihil prorsus hac compellatione dici potest neque gravius neque munitius adversus homines superbissimos facta, qui superbiam in sese amarent, in aliis reprehenderent.

Praeterea animadvertere est, in tota ista Catonis oratione omnia disciplinarum rhetoricarum arma atque subsidia mota esse; sed non proinde ut in decursibus ludicris aut simulacris proeliorum voluptariis fieri videmus. Non enim, inquam, distincte nimis atque compte atque modulate res acta est, sed quasi in ancipiti certamine, cum sparsa acies est, multis locis Marte vario pugnatur, sic in ista tum causa Cato, cum superbia illa Rodiensium famosissima multorum odio atque invidia flagraret, omnibus promise tuendi atque propugnandi modis usus est, et nunc ut optime meritos commendat, nunc tamquam si innocentes purgat, <nunc> ne bona divitiaeque eorum expetantur obiurgat, nunc quasi sit erratum, deprecatur, nunc ut necessarios reipublicae ostendat, nunc clementiae, nunc mansuetudinis maiorum, nunc utilitatis publicae commonefacit. Eaque omnia distinctius numerosiusque fortassean dici potuerint, fortius atque vividius potuisse dici non videntur. Inique igitur Tiro Tullius, quod ex omnibus facultatibus tam opulentae orationis, aptis inter sese et cohaerentibus, parvum quippiam nudumque sumpsit, quod obtrectaret, tamquam non dignum M. Catone fuerit, quod delictorum non perpetratorum voluntates non censuerit poeniendas.

Commodius autem rectiusque de his meis verbis, quibus Tullio Tironi respondimus, existimabit iudiciumque faciet, qui et orationem ipsam totam Catonis acceperit in manus et epistulam Tironis ad Axium scriptam requirere et legere curaverit. Ita enim nos sincerius exploratiusque vel corrigere poterit vel probare.

Text 2: Plu. *vitae*: Tiberius Gracchus IX, 4-5 (ed. Perrin, London 1988 (Loeb))

Ἄλλ' οὐδὲν ἐπέβαινον· ὁ γὰρ Τιβέριος πρὸς καλὴν ὑπόθεσιν καὶ δικαίαν ἀγωνιζόμενος λόγῳ καὶ φαυλότερα κοσμήσαι δυναμένῳ πράγματα δεινὸς ἦν καὶ ἄμαχος, ὅποτε τοῦ δήμου τῷ βήματι περικεχυμένου καταστάς λέγοι περὶ τῶν πενήτων, ὡς τὰ μὲν θηρία τὰ τὴν Ἰταλίαν νεμόμενα καὶ φῶλεον ἔχει καὶ κοιταῖον ἔστιν αὐτῶν ἐκάστῳ καὶ καταδύσεις,¹ τοῖς δὲ ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας μαχομένοις καὶ ἀποθνήσκουσιν ἀέρος καὶ φωτός, ἄλλου δὲ οὐδενὸς μέτεστιν, ἀλλ' ἄοικοι καὶ ἀνιδρυτοὶ μετὰ τέκνων πλανῶνται καὶ γυναικῶν, οἳ δὲ αὐτοκράτορες ψεύδονται τοὺς στρατιώτας ἐν ταῖς μάχαις παρακαλοῦντες ὑπὲρ τάφων καὶ

ἱερῶν ἀμύνεσθαι τοὺς πολεμίους· οὐδενὶ γὰρ ἔστιν οὐ βωμὸς πατρώος, οὐκ ἠρίον προγονικὸν τῶν τοσούτων Ῥωμαίων, ἀλλ' ὑπὲρ ἀλλοτρίας τρυφῆς καὶ πλοῦτου πολεμοῦσι καὶ ἀποθνήσκουσι, κύριοι τῆς οἰκουμένης εἶναι λεγόμενοι, μίαν δὲ βῶλον ἰδίαν οὐκ ἔχοντες.

Aber sie erreichten nichts, denn Tiberius, der für ein schönes und gerechtes Ziel kämpfte mit einer Gewalt des Wortes, die eine schlechtere Sache hätte adeln können, war gewaltig und unüberwindlich, wenn er, umdrängt vom Volk, auf der Rednerbühne stand und von den Armen sprach: "Die wilden Tiere, welche in Italien hausen, haben ihre Höhle, jedes weiss, wo es sich hinlegen, wo es sich verkriechen kann – die Männer aber, die für Italien kämpfen und sterben, sie haben nichts ausser Luft und Licht. Heimatlos, gehetzt irren sie mit Weib und Kind durch das Land. Die Feldherren lügen, wenn sie in der Schlacht die Soldaten aufrufen, für ihre Gräber und Heiligtümer sich zu wehren gegen den Feind, denn von all diesen Römern besitzt keiner ein Grab, in dem seine Vorfahren ruhen, vielmehr kämpfen und sterben sie für anderer Wohlleben und Reichtum. Herren der Welt werden sie genannt und haben nicht eine Scholle Landes zu eigen."

(Übers.: Wuhmann/Ziegler, VI, Zürich 1965)

Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
7. Kollegstunde (05.04.12)
Der Dichter und die Gesellschaft

Texte: Text 1: Enn. *ann.* 1-14 (W)

Text 1: Enn. *ann.* 1-14 (ed. Warmington, I, London 1961 (Loeb))

Liber 1

1

Varro, *L.L.*, VII, 19: Ennii ... –

Musae quae pedibus magnum pulsatis Olympum;

Caelum dicunt Graeci Olympum.

Cp. Varr., *R.R.*, I, 1,4; Serv. ad Aen., XI, 660; Hom. *Il.*, II, 484 Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι.

2-3

[Probus], ap. *G.L.* IV, 23, 11 K: Neutro genere ... brevis est (syllaba). ... Ennius in I –

Nam populos ...

... Italos res atque poemata nostra cluebunt.

Fronto, de *Eloq.* 146 N: Magistra Homeri Calliopa, magister Enni Homerus et Somnus.

Fronto, *Epp.* Vol. I, p. 94 (cp. 98) Haines: Transeo nunc ad Q. Ennium nostrum, quem tu ais ex somno et somnio initium sibi scribendi fecisse. Sed profecto nisi ex somno suscitatus esset, numquam somnium suum narrasset.

4

Fronto, *Epp.*, Vol. I, pp. 204 H: Si quando te –

somno leni

ut poeta ait –

placidoque revinctus

video in somnis, numquam est quin amplectar et exosculer ... hoc unum ex Annalibus sumptum amoris mei argumentum poeticum et sane somniculosum.

5

Cicero, *Ac. Pr.* II, 16, 51: Cum somniavit (*Ennius*) narravit –

visus Homerus adesse poeta.

Cp. *Ac. Pr.* 27, 88: *de Re Pub.* VI, 10, 10.

6

Cicero, *Ac. Pr.* II, 27, 88: Nisi vero Ennium non putamus ita totum illud audivisse –

‘O pietas animi!

si modo id somniavit ut si vigilans audiret.

Cp. Donat. in Ter. *Eun.* III, 5, 12.

7-10

Epicharmus, ap. *Com. Cr. Fr.* I, 123 Kaibel: καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τῶν ἀλεκτορίδων γένος, ...

Varro, *L.L.* V, 59: Haec duo caelum et terra quod anima et corpus. Humidum et frigidum terra, sive –

‘Ova parere solet genus pennis condecoratum
non animam;

ut ait Ennius –

‘et post inde venit divinitus pullis
ipsa anima;

sive, ut Zenon Citieus, animalium semen ignis isque anima et mens.

Cp. Diomed., ap. *G.L.* I, 383, 5 K: Priscian., ap. *G.L.* II, 401, 3 K.

11-12

Varro, *L.L.* V, 60: Recte igitur ... quod ait ... Ennius –

‘terraque corpus
quae dedit ipsa capit neque dispendi facit hilum.

Cp. V, 111; IX, 53.

13

Donatus in Ter. *Andr.* II, 5, 18: ‘Memini videre’ pro ‘vidisse’ Ennius –

‘Memini me fieri pavum.

Cp. Donat. in Ter., in *Adelph.* I, 2, 26; *Phorm.* I, 2, 24; Charis. ap. *G.L.* I, 98, 4 K; Tertull. *de An.* 33 pavum se meminit Homerus Ennio somniantem. Lucret. I, 112-126.

Schol. *ad Pers.*, *Prolog.* 2-3: Tangit Ennium qui dixit se vidisse per somnium in Parnaso Homerum sibi dicentem quod eius anima in suo esset corpore.

14

Persius, S., VI, 9-11: –

‘Lunai portum, est operae, cognoscite, cives.’

Cor iubet hoc Enni postquam destertuit esse/ Maeonides, Quintus pavone ex Pythagoreo.

Schol., *ad loc.*: Hunc versum ad suum carmen de Ennii carminibus transtulit. Merito ergo ait ‘cor iubet hoc Enni postquam destertuit.’ Sic Ennius ait in *Annalium* suorum principio, ubi dicit se vidisse in somnis Homerum dicentem fuisse quondam pavonem et ex eo translata in se animam esse secundum Pythagorae philosophi definitionem.

Cp. Porphyry. ad Hor. *Ep.* II, 1, 50-3; Lactant. in Stat. *Theb.* III, 484; Ov. *Met.* XV, 160 s.; Hor. *C.* I, 28-9 s.

Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
8. Kollegstunde (19.04.12)
Die Ankündigung des Neuen: Lucilius

Texte: Text 1: Cic. *de orat.* 2, 25
Text 2: Lucil. frg. 1, 1-52 (W); 3, 94-148 (W)

Text 1: Cic. *de orat.* 2, 6, 25 (ed. Kumaniecki, 1969 (Teubner))

25. Nam quod addidisti tertium, vos esse eos qui vitam insuavem sine his studiis putaretis, id me non modo non hortatur ad disputandum sed etiam deterret. nam ut C. Lucilius, homo doctus et perurbanus dicere solebat ea quae scriberet neque se ab indoctissimis neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil intellegerent, alteri plus fortasse quam ipse – de quo etiam scripsit "Persium non curo legere" (hic fuit enim, ut noramus, omnium fere nostrorum hominum doctissimus) "Laelium Decumum volo," quem cognovimus virum bonum et non inlitteratum sed nihil ad Persium – sic ego, si iam mihi disputandum sit de his nostris studiis, nolim equidem apud rusticos sed multo minus apud vos; malo enim non intellegi orationem meam quam reprehendi."

Text 2: Lucil. frg. 1,1-52; 3,94-148 (ed. Warmington, 1961 (Loeb))

Liber 1

1

Varro, *L.L.* V,17: Lucilius suorum unius et viginti librorum initium fecit hoc –

Aetheris et terrae genitabile quaerere tempus.

2

Persius, *Sat.* 1,1: –

O curas hominum! O quantum est in rebus inane!

Schol., *ad loc.* ... Hunc versum de Lucili primo transtulit.

3-4

Charisius, ap. *G.L.* 1,125,19 K: „Canes.“ Lucilius 1 –

<r littera ...>

inritata canes quam homo quam planius dicit.

Cp. Nonius 31,25; Donatus ad Ter., *Adelph.* II,4,18 (... Lucilius de littera r).

Sat. II *Concilium Deorum* (Lactancius Div. Inst. IV,3,12 L. in deorum concilio).

Serv. ad *Aen.* X, 104: ... Totus hic locus de primo Lucilii translatus est, ubi introducuntur dii habere concilium, et agere primo de interitu Lupi cuiusdam ducis (*vel, iudicis*) in re publica, postea sententias dicere.

5

Serv. ad *Aen.* IX,227: ... Est Lucilii versus uno tantum sermone mutato; nam ille ait –

Consilium summis hominum de rebus habebant.

6-7

Schol. Veron. ad *Aen.* XII, 680: ‚Amplius,‘ id est diutius, ulterius. Lucil. –

quo populum atque urbem pacto servare potisset
amplius Romanam.

Cp. Iul. Rom., ap. Charis. *G. L.* I, 195,6 K.

8

Nonius 159,27: ‚Protollere‘ est differre. Lucilius Satyrarum lib. 1 –

si non amplius, at lustrum hoc protolleret unum.

9

Nonius 497,4: Accusativus positus pro ablativo ... –

munus tamen fungi et muros servare potissint.

10

Nonius 345,1: ‚Meret,‘ humillimum et sordissimum quaestum capit ... Lucilius lib. 1 –

„et mercedimerae legiones.“

cp. Porphy. ad Hor. *Epist.* I,3,6.

11

Nonius 161,11: ‚Popinones‘ vel hi quos nos dicimus tabernarios, a popinis, vel luxuriosi qui se popinis dedunt.. –

„infamem...turpemque odisse popinam.“

12

Nonius 536,15: ‚Tunica‘ est vestimentum sine manicis ... –

„Praetextae ac tunicae Lydorum opus sordidulum omne,“

13

Nonius 540,26: ‚Amphitapoe‘ vestes dicuntur utrimque habentes villos. Lucilius Satyrarum lib. 1–

„psilae atque amphitapi villis ingentibus molles.“

cp. Isid. Orig. XIX, 26,5.

14

Charisius ap. *G.L.* I,118,25 K: Nomina quaedam sunt..., quae Plinius...patiendi vocat, ut aquale; nam Lucilius libro 1 saturarum–

„ ‚arutaenae‘que“ inquit „aquales.“

15-16

Macrobius *Sat.* VI,4,18: Inseruit (Vergilius) operi suo et Graeca verba, sed non primus hoc ausus ... Lucilius in primo –

„Porro ‚clinopodas’ ‚lychos’que ut diximus semnos
anti ‚pedes lecti’ atque ‚lucernas.’“

17

Nonius 521,27: ‚Mira’ et ‚miracula’ veteres pro monstris vel horrendis ponebant...–

„miracula †ciet † elephantas.

18

Nonius 158,6: ‚Pausa’ est quies alicuius rei...–

Haec ubi dicta dedit, pausam <dedit> ore loquendi.

cp. Verg. *Aen.* 1,81; 6,76.

19

Pseudo-Asconius ad Cic. *de Div.* 43: Incipiebant veteres, ut Vigilius ostendit, aut ab invocatione deorum, ... aut reprehensione superioris temporis, ut ait Lucilius –

„Vellem cumprimis, fieri si forte potisset, ...

20-2

Iul. Rufinianus *de Figuris Sententiarum* ap. *R.L.* 46,1 H: ‚Epanalepsis,’ repetitio sententiae...; sic apud Lucilium –

„Vellem concilio vestrum, quod dicitis olim,
caelicolae, hic habitum, vellem adfuissemus priore
concilio.

23

Servius ad *Aen.* IV,458: ‚Coniugis antiqui,’ aut prioris aut cari. *Serv. auct.*: Lucilius –

„Concilio antiquo sapiens vir solus fuisti.“

24-7

Lactantius *Divin. Instit.* IV,3,12: Et Iuppiter a precantibus pater vocatur et Saturnus et Ianus et Liber et ceteri deinceps, quod Lucilius in deorum concilio inridet –

ut
nemo sit nostrum quin aut pater optimus divum,
aut Neptunus pater, Liber Saturnus pater, Mars
Ianus Quirinus pater siet ac dicatur ad unum.“

28-9

Servius auctus ad *Aen.* III,119: Quidam pulcher Apollo epitheton datum Apollini reprehendunt: pulchros enim a veteribus exsoletos dictos; nam et apud Lucilium Apollo pulcher dici non vult.

Nonius 258,38: ‚Contendere’ significat comparare... –

...“ut contendere possem
Thestiadus Ledaе atque Ixionies alochoeo.“

30-2

Iul. Rufinianus *de Fig. Sent.* 30 (*R.L.* 45,27 H): Enthymema fit cum periodos orationis ex contrariis sententiis astringitur. Apud Lucilium –

„Si me nescire hoc nescis quod quaerere dico,
quare divinas quicquam? an tu quaerere debes
ipse? et si scis q. b. e. scire hoc d. t.“

33

Nonius 5,6: ‚Cinaedi’ dicti sunt apud veteres saltatores vel pantomimi... –

„...’stulte saltatum te inter venisse cinaedos.’

34

Donatus ad Ter. *Andr.* V,4,38: ‚Scirpus’ palustris res est levissima. Lucilius in primo –

„...nodum in scirpo, in sano facere ulcus.“

35

Lactantius *Divin. Instit.* V,15,3: Cuius in disserendo quae vis fuerit, quae eloquentia, quod acumen, qui nescit ipsum, ex praedicatione Ciceronis intellet, aut Lucilii, apud quem disserens Neptunus de re difficillima ostendit non posse id explicari –

non Carneaden si ipsum Orcus remittat.“

36

Isidorus *de differ. verb.* I,589: Lucilius haec quasi distinguens ait –

„Quae facies, qui vultus viro?

37

Nonius 427,1: ‚Vultus’ et ‚facies’ ... –

„Vultus item ut facies, mors, icterus morbus, venenum.“

38

Charisius ap. *G.L.* I, 98,3 K: ‚Vultur’ dixit Vergilius in VI, sed et ‚Vulturius’ Lucilius in I.

39-41

Donatus ad Ter. *Eun.* IV,5,8: ‚Iam dudum, aetatem,‘ pro longinquo tempore. Lucilius – et Nonius 174,26: ‚Scelerosi‘ pro scelerati ... –

„ut multos mensesque diesque,
non tamen aetatem, tempestatem hanc scelerosi
mirentur.“

42-5

Iulius Rufinianus *de Fig. Sent.* 26. *R.L.* 45,6 H: ‚Epagoge.‘ Fit haec ex rerum similium collatione vel argumentorum, salva tamen similitudine. Rerum ... Argumentorum autem, ut Lucilius –

„Nam si tu fluctus undasque e gurgite salso
tollere decreris, venti prius Emathii vim,
ventum, inquam, tollas t. c. q. i.
l.“

46

Varro *de L.L.* VII,47: Apud Lucilium ... –

Occidunt, Lupe, saperdae te et iura siluri!

... piscium nomina sunt, eorumque in Graecia origo.

47

Diomedes, ap. *G.L.* I,486,11 K: Alii dictam putant a lege satura, quae uno rogatu multa simul comprehendat, quod scilicet et satura carmine multa poemata comprehenduntur; cuius saturae legis Lucilius meminit in primo –

per saturam aedilem factum qui legibus solvat.

48-9

Nonius 500,18: Ablativus pro genetivo... –

Porro quacumque et cuicumque, ut diximus ante
obstiterit primo, † hoc minuendi † refert res.

50-1

Nonius 159,29: ‚Priva‘ significat singula. Lucilius satyrarum lib. I et Gellius X,20,4: Veteres priva dixerunt quae nos singula dicimus; quo verbo Lucilius in primo Satirarum libro usus est –

„ad cenam adducam, et primum hisce abdomina tunni
advenientibus priva dabo cephalaeaque acarnae.“

Cp. Non. 35,20.

52

Nonius 117,17: ‚Gangraena‘ est cancer ... –

serpere uti gangraena mala atque herpestica posset.

Liber III

94-5

Nonius 475,20: ‚Partiret’ pro partiretur. ... Lucilius lib. III –

Tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum
Partisses.

96-7

Nonius 63,4: Est...gruma mensura quaedam, qua fixa viae ad lineam dirigitur, ut est agrimensorum et talium. ...

–
viamque
degrumavisti ut castris mensor facit olim?

98

Nonius 489,11: Ab eo quod est labos labosum facit, non laboriosum. Lucilius satyrarum lib. III –

Praeterea omne iter est hoc labosum atque lutosum.

99-100

Nonius 150, 18: ‚Praecox’ et ‚praecoca’ quod est immatura ... –

annicula aspera equa atque
praecoca.

101

Porphyrio ad Hor. *S.* 1,6,106: ‚Mantica cui lumbos onere ulceret.’ Mantica pera est, sed hoc ex Luciliano illo sumptum est –

Mantica cantheri costas gravitate premebat.

102-5

Gellius XVI,9,3: Significat ‚susque deque ferre’ animo aequo esse et quod accidit non magni pendere atque interdum neglegere et contemnere ... –

Verum haec ludus ibi, susque omnia deque fuerunt,
susque haec deque fuere inquam omnia ludus iocusque;
illud opus durum, ut Setinum accessimus finem,
αἰγίλιποι montes, Aetnae omnes, asperi Athones.

106

Iulius Romanus, ap. Charis. *G.L.* I, 203,20 K: ‚Longe’ pro longitudine... –

<Vulturnus Capua> longe III milia passum.

cp. (Asconius) ad Cic. *Verr.* Act. II., lib. I,125, p. 193.

107-8

Nonius, 396,13: ‚Sumere’ etiam significat eligere... –

‚et spatium curando corpori honestum
sumemus.’

109-10

Nonius, 25,22: ‚Bronci’ sunt producto ore et dentibus prominentibus... –

‚Broncus Bovillanus dente adverso eminulo hic est rinoceros.’

111

Nonius 217,12: ‚Posticam’ feminino genere consuetudine appellamus... –

‚Non peperit, verum postica parte profudit.’

112-13

Gellius III,14,8: Dimidium est non quod ipsum dimidiatum est sed quae ex dimidiato pars altera est... itaque Lucilius eadem secutus... –

‚uno oculo, pedibusque duobus, dimidiatus,
ut porcus.’

114

Priscianus, ap. *G.L.* II,501,10 K: Deponentia in -rior desinentia... tam secundum tertiam quam secundum quartam coniugationem declinaverunt auctores... –

‚Conturbare animam potis est quicumque adoritur.’

115-16

Donatus ad Ter. Phorm. I,3,11: ‚Amore abundas.’ Abundare dicitur qui successu prospero affluit... –

Ille alter abundans
cum septem incolumis pinnis redit et recipit se.’

117

Nonius 123,25: ‚Incitas’ dicitur egestas... –

illud ad incita cum redit atque interneccionem,

118

Paulus ex Fest. 88,4: ‚Minorem Delum’ Puteolos esse dixerunt... municipium Graecum antea Δικαρχία vocitatum est. Unde Lucilius –

inde Dicarchitum populos Delumque minorem.

119

Servius auctus ad *Aen.* I,244: ‚Superare’ nauticus sermo est. Lucilius –

... promontorium remis superamus Minervae.

120

Gellius I,16,2: Lucilius in tertio satyrarum –

ad portam mille a portu est exinde Salernam.

‚mille’ inquit, ‚est,’ non ‚mille sunt.’

Cp. Macrobius S. 1,5,6.

121

Probus ad Verg. *G.* III,146: Silarus flumen est Lucaniae. Portus Alburnus et eiusdem nominis mons ad sextum a Primis Tabernis. Mentionem facit Lucilius hoc versu –

Quattuor hinc Silari ad flumen portumque Alburnum.

122

Servius auctus ad *Aen.* X,244: Alii more antiquo ‚lux’ pro luce accipiunt...Lucilius in tertio –

Hinc media remis Palinurum pervenio nox.

123

Priscianus ap. *G.L.* II, 209,6 K: ‚Caupo,’ ‚caupona’ ... significat tam ipsam tabernam quam mulierem ... –

caupona hic tamen una Syra...

124

Nonius 20,29: ‚Cernuus’ dicitur proprie inclinatus, quasi quod terram cernat... –

Cernuus extemplo plantas convestit honestas.

125

Charisius ap. *G.L.* I, 72,6 K: ‚Lignum’ singulariter dici semper debet in multitudine...Lucilius III...idem in eodem ligna pluraliter dicit –

„Scindent hi ligna, videte.“

126

Nonius 216,4: ‚Ostrea’ generis feminini...–

Ostrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris,

127

Charisius ap. *G.L.* I,72,7 K: Fasces dicuntur asparagi quamvis asparagos pluraliter dicamus, ut Lucilius III –

asparagi nulli,

128-9

Scholl. ad Hor. *S.* I,3,56: ‚Incrustari’ vas dicitur, cum aliquo vitioso suco inlinitur atque inquinatur, secundum quod et Lucilius in III –

nam mel regionibus illis
incrustatus calix rutai caulis habetur.

130

Nonius 164,26: ‚Ructus’ a ructando dictus... –

Exhalas tum acidus ex pectore ructus.

131

Nonius 455,37: ‚Rictum’ ferarum dici volunt, cum Titinius auctor sit etiam hominis dici debere... –

Malas tollimus nos atque utimur...rictu.

132

Nonius 173,11: ‚Sententia’ sensibilitas ... –

Vertitur oenophori fundus, sententia nobis.

cp. Isid. *Orig.* I,35,3; XX,6,1; Schol. ad Pers. *S.* V,140; Consent. *G.L.* V,345,21 K.

133-4

Nonius 279,24: ‚Deponere’ est desperare... –

Symmacus praeterea iam tum depostus bubulcus
expirans animam pulmonibus aeger agebat.

cp. Non. 38,25

135

Servius auctus ad Verg. *Ecl.* VI,53: Apud veteres unus quisque eo super quod iacebat ‚fultus’ dicebatur. Lucilius in tertio –

et pulvino fultus.

136-7

Nonius 489,14: ‚Nefantia’ pro nefanda... –

Tantalus qui poenas, ob facta nefantia, poenas
pendit.

138-9

Diomedes ap. *G.L.* I,376,12 K: Expergitus dicitur qui satiatus somno sponte evigilat. Unde et Lucilius ait–

Ergo
e somno pueros cum mane expergitus clamo,

Cp. Prisc. ap. *G.L.* II,513,1 K: ... (Lucilius in III...)

140-1

Nonius 266,21: ‚Commodum,‘ integrum, totum. Lucilius–

bis quina octogena videbis
commoda te, Capua quinquaginta atque ducenta.

142

Porphyrus ad Hor. S. I,10,30: ‚Bilinguis‘ dicitur, quoniam utraque lingua usi sunt. ...Ennius et Lucilius–

Bruttace bilingui.

Cp. Paulus ex Festo 25,20.

143-5

Probus ad Verg. *Ecl.* 326,17 H: Facelitis autem Dianae Lucilius quoque in tertio satyrarum meminit sic–

et saepe quod ante
optasti, freta, Messanam, Regina videbis
moenia, tum Liparas, Facelinae templa Dianae.

146-7

Nonius 11: ‚Stricturae‘ ... –

crebrae ut scintillae, in stricturis quod genus olim
ferventi ferro.

148

Nonius 206,17: ‚Forum‘ ... masculini... –

Romanis ludis forus olim ornatis lucernis.

Cp. Charis. ap. G.L. 1,71,32 K.

Porphyrus ad Hor. S. I,10,53: ‚Nil comis tragici mutat Lucilius Acci?‘ Facit autem haec Lucilius cum alias, tum vel maxime in tertio libro.

Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
9. Kollegstunde (26.04.12)
Die Neoteriker und “the Catullan revolution”

Texte: Text 1: Catull. 1
Text 2: Catull. 3
Text 3: Catull. 5
Text 4: Catull. 7
Text 5: Catull 65
Text 6: *Anthologia Graeca* 4, 1: Der Kranz des Meleagros

Text 1: Catull. 1 (ed. Bardon, 1973 (Teubner))

Cui dono lepidum novum libellum
arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi: namque tu solebas
meas esse aliquid putare nugas,
iam tum cum ausus es unus Italorum 5
omne aevum tribus explicare cartis
doctis, Iupiter, et laboriosis.
Quare habe tibi quicquid hoc libelli,
qualecumque: quod, <o> patrona virgo,
plus uno maneat perenne saeclo. 10

Text 2: Catull. 3 (ed. Bardon, 1973 (Teubner))

Lugete, o Veneres Cupidinesque
et quantum est hominum uenustiorum.
Passer mortuus est meae puellae,
passer, deliciae meae puellae,
quem plus illa oculis suis amabat; 5
nam mellitus erat suamque norat
ipsam tam bene quam puella matrem,
nec sese a gremio illius mouebat,
sed circumsiliens modo huc modo illuc
ad solam dominam usque pipiabat. 10
Qui nunc it per iter tenebricosum
illuc, unde negant redire quemquam.
At uobis male sit, malae tenebrae
Orci, quae omnia bella deuoratis;
nam bellum mihi passerem abstulistis. 15
O factum male! o miselle passer!
Tua nunc opera meae puellae
flendo turgiduli rubent ocelli.

Text 3: Catull. 5 (ed. Bardon, 1973 (Teubner))

Vivamus mea Lesbia, atque amemus,
rumoresque senum seueriorum
omnes unius aestimemus assis.
Soles occidere et redire possunt;
nobis cum semel occidit breuis lux, 5
nox est perpetua una dormienda.
Da mi basia mille, deinde centum,
dein mille altera, dein secunda centum,
deinde usque altera mille, deinde centum;
dein, cum milia multa fecerimus, 10
conturbabimus illa, ne sciamus,
aut ne quis malus inuidere possit,
cum tantum sciat esse basiorum.

Text 4: Catull. 7 (ed. Bardon, 1973 (Teubner))

Quaeris, quot mihi basiationes
tuae, Lesbia, sint satis superque.
Quam magnus numerus Libyssae arenae
lasarpiciferis iacet Cyrenis,
oraclum Iouis inter aestuosi 5
et Batti ueteris sacrum sepulcrum,
aut quam sidera multa, cum tacet nox,
furtiuos hominum uident amores,
tam te basia multa basiare
uesano satis et super Catullo est, 10
quae nec pernumerare curiosi
possint nec mala fascinare lingua.

Text 5: Catull. 65 (ed. Bardon, 1973 (Teubner))

Etsi me assiduo defectum cura dolore
seuocat a doctis, Ortale, virginibus,
nec potis est dulcis Musarum expromere fetus
mens animi, tantis fluctuat ipsa malis:
(namque mei nuper Lethaeo in gurgite fratris 5
pallidulum manans alluit unda pedem,
Troia Rhœteo quem subter litore tellus
ereptum nostris obterit ex oculis;
alloquar, audiero numquam tua <facta> loquentem,
numquam ego te, vita frater amabilior, 10
aspiciam posthac, at certe semper amabo,
semper maesta tua carmina morte tegam,
qualia sub densis ramorum concinit umbris
Daulias absumpti fata gemens Itylei),
sed tamen in tantis maeroribus, Ortale, mitto 15
haec expressa tibi carmina Battiadae,
ne tua dicta vagis nequiquam credita ventis

effluxisse meo forte putes animo,
 ut missum sponsi furtivo munere malum
 procurrit casto virginis e gremio,
 quod miserae oblitae molli sub veste locatum,
 dum adventu matris prosilit, excutitur;
 atque illud prono praeceps agitur decursu,
 huic manat tristi conscius ore rubor.

20

Text 6: *Anthologia Graeca* 4, 1: Der Kranz des Meleagros (ed. Beckby, München 1957)

Δ. <ΠΡΟΟΙΜΙΑ>

I. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΣ

Μοῦσα φίλα, τίνοι τάνδε φέρεις πάγκαρπον αἰοιδᾶν
 ἢ τίς ὁ καὶ τεύξας ὑμνοθετᾶν στέφανον;
 ἄνυσσε μὲν Μελέαγρος· ἀριζάλῳ δὲ Διοκλεῖ
 μναμόσυνον ταῦταν ἐξεπόνθησε χάριν·
 πολλὰ μὲν ἐμπλέξας Ἀνύτης κρίνα, πολλὰ δὲ Μοιροῦς
 λείρια, καὶ Σαπφούς βραϊὰ μὲν, ἀλλὰ ῥόδα,
 ναρκίσσων τε χορὸν Μελανιππίδου ἔγκυον ὕμνων,
 καὶ νέον οἰνάνθης κλήμα Σιμωνίδεω·
 σὺν δ' ἀναμίξ' πλέξας μυρόπνουν εὐάνθεμον Ἴριν
 Νοσσίδος, ἧς δέλτοις κηρὸν ἔτηξεν Ἔρωσ·
 τῇ δ' ἅμα καὶ σάμψυχον ἀφ' ἠδυπνόοιο Ῥιανοῦ,
 καὶ γλυκὺν Ἡρίνης παρθενόχρωτα κρόκον,
 Ἄλκαίου τε λάληθρον ἐν ὑμνοπόλοις ὑάκινθον,
 καὶ Σαμίου δάφνης κλώνια μελαμπέταλον·
 ἐν δὲ Λεωνίδεω θαλεροῦς κισσοῖο κορύμβους,
 Μνασάλκου τε κόμας δρυτόρου πίτυος·
 βλαισὴν τε πλατάνιστον ἀπέθρισε Παμφίλου οἴμη,
 σύμπλεκτον καρύης ἔρνεσι Παγκράτεος,
 Τύμνεω τ' εὐπέταλον λεύκη, χλοερὸν τε σίσυμβρον
 Νικίου, Εὐφήμου τ' ἀμμότροπον πάραλον·
 ἐν δ' ἄρα Δαμάγητον, Ἴον μέλαν, ἠδὺ τε μύρτον
 Καλλιμάχου, στυφελοῦ μεστὸν αἶψι μέλιτος,
 λυχνίδα τ' Εὐφορίωνος ἰδ' ἐν Μούσησιν ἄμωμον,
 ὃς Διὸς ἐκ κούρων ἔσχεν ἔπωνυμίην.
 τῆσι δ' ἅμ' Ἠγήσιππον ἐνέπλεκε, μαινάδα βότρυν,
 Πέρσου τ' εὐώδη σχοῖνον ἀμυσάμενος,
 σὺν δ' ἅμα καὶ γλυκύμηλον ἀπ' ἀκρεμόνων Διοτίμου,
 καὶ ῥοιῆς ἄνθη πρῶτα Μενεκράτεος,
 συμρναίους τε κλάδους Νικαινέτου, ἠδὲ Φαέννου
 τέρμινθον, βλωθρήν τ' ἀχράδα Σιμίου·

IV. PROOIMIEN

Kranz des Meleagros

Liebe Muse, wem bringst du den Korb voll köstlicher Lieder?
 Sprich, wer flocht diese Schar herrlicher Sänger zum Kranz?
 Wirker war Meleagros; dem edlen Diokles weihte
 er dies traute Geschenk, daß es Erinnerung sei. –
 Viel weiße Lilien von Moiro, viel rote von Anyte nahm er,
 schlang auch von Sappho, nicht viel, aber doch Rosen hinein.
 Von Melanippides brach er Narzissen zum klingenden Strauß
 und von Simonides drauf blühendes Rebengerank.
 Bunt drein wand er die schöne, holdduftende Iris der Nossis,
 deren Täfelchen einst Eros mit Wachs überzog;
 band von Rhianos hinzu des Meirans duftende Süße,
 Safran, wonnig und keusch, wie ihn Erinna gepflegt,
 die Hyazinthe sodann des Alkaios, die redet in Hymnen;
 dunkles Lorbeergerank flocht er von Samos darein;
 tat von Leonidas dann die strotzenden Trauben des Efeus
 und von Mnasalkes das Haar stechender Pinien hinzu;
 legte von Pamphilos' Lied die Zweige der breiten Platane
 und von dem Walnußbaum Sprossen für Pankrates bei,
 Weißpappelblätter von Tymnes, von Nikias grünende Minze,
 von Euphemos sodann Wolfsmilch, der Düne Gewächs;
 drauf Damagetos, die dunkle Viole; die würzige Myrte
 von des Kallimachos stets bitterem Honiggesang;
 von Euphorion Lychnis und Sanges-Amomon von jenem,
 dem ihren Namen dereinst die Dioskuren geschenkt.
 Auch Hegesippos flocht er hinein, die mainadische Traube,
 legte von Perses darauf duftende Binsen hinzu;
 brach einen Süßapfel ab vom Baum Diotimos' und pflückte
 aus des Menekrates Hag erstes Granatengeblüt;
 nahm von Nikainetos Myrtengezweig, von Phaënnos Pistazie,
 ragenden Birnbaums Zweig tat er von Simias zu.

ἐν δὲ καὶ ἐκ λειμῶνος ἀμωμήτοιο σέλινά,
 βαιὰ διακνίζων ἄνθεα, Παρθενίδος,
 λείψανά τ' εὐκαρπεῦντα μελιστάκτων ἀπὸ Μουσέων,
 ξανθούς ἐκ καλάμης Βακχυλίδεω στάχους·
 ἐν δ' ἄρ' Ἀνακρέοντα, τὸ μὲν γλυκὺ κείνο μέλισμα
 35 νέκταρος, ἐν δ' ἔλεγους ἄσπορον ἀνθέμιον·
 ἐν δὲ καὶ ἐκ φορβῆς σκολιότριχος ἄνθος ἀκάνθης
 Ἀρχιλόχου, μικρὰς στράγγας ἀπ' ὠκεανοῦ·
 τοῖς δ' ἅμ' Ἀλεξάνδροιο νέους ὄρηκας ἐλαίης
 ἠδὲ Πολυκλείτου πορφύρεον κύσμον.
 40 ἐν δ' ἄρ' ἀμάρακον ἦκε Πολύστρατον, ἄνθος αἰοιδῶν,
 φοίνισσάν τε νήνη κύπρον ἀπ' Ἀντιπάτρου·
 ναὶ μὴν καὶ Συρίαν σταχυότριχα θήκατο νάρδον
 ὑμνοθέταν Ἑρμοῦ δῶρον αἰδόμενον.
 ἐν δὲ Ποσειδίππον τε καὶ Ἡδύλον, ἄγρι' ἀρούρης,
 45 Σικελίδεώ τ' ἀνέμοις ἄνθεα φυόμενα·
 ναὶ μὴν καὶ χρύσειον αἰεὶ θείοιο Πλάτωνος
 κλῶνα, τὸν ἐξ ἀρετῆς πάντοθι λαμπόμενον.
 ἄστρον τ' ἴδριν Ἄρατον δμοῦ βάλεν, οὐρανομάκευς
 φοίνικος κείρας πρωτογόνους ἔλικας,
 50 λωτόν τ' εὐχαίτην Χαιρήμονος, ἐν φλογὶ μίξας
 Φαιδίμου, Ἀνταγόρου τ' εὐστροφον ὄμμα βόος,
 τάν τε φιλάκρητον Θεοδορίδω νεοθαλῆ
 ἔρπυλλον, κυάνων τ' ἄνθεα Φανίεω,
 55 ἄλλων τ' ἔρνεα πολλὰ νεόγραφα· τοῖς δ' ἅμα Μούσης
 καὶ σφετέρης ἔτι που πρῶιμα λευκία. —
 ἀλλὰ φίλοις μὲν ἑμοῖσι φέρω χάριν· ἔστι δὲ μύσταις
 κοινὸς ὁ τῶν Μουσέων ἠδυεπιτῆς στέφανος.

Drein auch flocht er ein paar der blühenden Stengel des Eppichs,
 wie sie auf prächtigem Beet Parthenis' Garten gehegt;
 Reste der reichlichen Ernte, draus Musen den Honig bereiten:
 blonde Ähren, gerupft auf des Bakchylides Feld.
 Von Anakreon wand er die nektarsüßen Gesänge
 und des elegischen Lieds wuchernden Kümmel hinzu;
 von des Archilochos Weide die Blüten krausblättriger Disteln,
 wenige Tropfen der Flut, die einen Ozean füllt.
 Von Alexandros gesellt' er die jungen Triebe des Ölbaums,
 von Polykleitos sodann purpurne Bohnen hinzu.
 Diptam, die Blume der Dichter, Polystratos, nahm er; der Henna
 junger phoinikischer Strauch stellt den Antipatros dar;
 pflückte die syrische Narde mit Ährenblättern für jenen
 Sänger, den man im Vers Gabe des Hermes benennt;
 schlang Poseidippos und Hedylos drein, die Blumen des Feldes,
 drein für Sikelidas auch Röschen, gewachsen im Wind.
 Nicht vergaß er den goldenen Zweig des ewig erhabnen
 Platon, den immer der Glanz höchster Vollendung umgibt;
 legte die Erstlingstriebe der himmelerstrebenden Palme
 von Aratos hinzu, der von den Sternen erzählt.
 Phaidimos' Phlox, Chairemons schönlockigen Lotos gesellt' er,
 nahm von Antagoras noch biegsame Hauswurz hinzu,
 flocht Theodoridas' Blume, frischblühenden Quendel, des Weines
 Freund, und von Phantias dann blaue Zyanen hinein
 neben viel anderen Sprossen, die jüngst erst geschrieben. Von eigner
 Muse auch fügte er noch frühe Levkojen hinzu. —
 Bring ich die Gabe jedoch dem Freund nur, so ist doch der Musen
 köstlich redender Kranz allen Geweihten bestimmt.

Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
10. Kollegstunde (03.05.12)
Philosophie in Rom

Texte: Text 1: Lucr. 1, 1-43
Text 2: Lucr. 1, 921-950
Text 3: Cic. *rep.* 3, 36 (= Aug. *civ.* 19, 21)

Text 1: Lucr. 1, 1-43 (ed. Müller, Zürich 1975)

Aeneadum genetrix, hominum divomque voluptas,
alma Venus, caeli subter labentia signa
quae mare navigerum, quae terras frugiferentis
concelebras, per te quoniam genus omne animantum
concupitur visitque exortum lumina solis: 5
te dea te fugiunt venti, te nubila caeli
adventumque tuum, tibi suavis daedala tellus
summittit flores, tibi rident aequora ponti
placatumque nitet diffuso lumine caelum.
nam simul ac species patefactast verna diei 10
et reserata viget genitabilis aura favoni,
aeriae primum volucres te diva tuumque
significant initum, percussae corda tua vi.
inde ferae pecudes persultant pabula laeta 15
et rapidos tranant amnis: ita capta lepore
te sequitur cupide quo quamque inducere pergis. 16
denique per maria ac montis fluviosque rapacis
frondiferasque domos avium camposque virentis,
omnibus incutiens blandum per pectora amorem,
efficis ut cupide generatim saecla propagent. 20
quae quoniam rerum naturam sola gubernas,
nec sine te quicquam dias in luminis oras
exoritur neque fit laetum neque amabile quicquam,
te sociam studeo scribendis versibus esse,
quos ego de rerum natura pangere conor 25
Memmiadae nostro, quem tu dea tempore in omni
omnibus ornatum voluisti excellere rebus:
quo magis aeternum da dictis diva leporem.
effice ut interea fera moenera militiai
per maria ac terras omnis sopita quiescant; 30
nam tu sola potes tranquilla pace iuvare
mortalis, quoniam belli fera moenera Mavors
armipotens regit, in gremium qui saepe tuum se
reicit, aeterno devictus vulnere amoris,
atque ita suspiciens, tereti cervice reposta, 35
pascit amore avidos inhians in te dea visus,
eque tuo pendet resupini spiritus ore.
hunc tu diva tuo recubantem corpore sancto
circumfusa super, suavis ex ore loquelas
funde petens placidam Romanis incluta pacem. 40
nam neque nos agere hoc patriai tempore iniquo
possumus aequo animo, nec Memmi clara propago
talibus in rebus communi desse saluti.

Text 2: Lucr. 1, 921-950 (ed. Müller, Zürich 1975)

Nunc age, quod superest cognosce et clarius audi.
nec me animi fallit quam sint obscura; sed acri
percussit thyrsos laudis spes magna meum cor
et simul incussit suavem mi in pectus amorem
Musarum, quo nunc instinctus mente vigenti 925
avia Pieridum peragro loca nullius ante
trita solo. iuvat integros accedere fontis
atque haurire, iuvatque novos decerpere flores
insignemque meo capiti petere inde coronam,
unde prius nulli velarint tempora Musae; 930
primum quod magnis doceo de rebus et artis
religionum animum nodis exsolvere pergo,
deinde quod obscura de re tam lucida pango
carmina musaeo contingens cuncta lepore.
id quoque enim non ab nulla ratione videtur; 935
sed veluti pueris absinthia taetra medentes
cum dare conantur, prius oras pocula circum
contingunt mellis dulci flavoque liquore,
ut puerorum aetas improvida ludificetur
laborum tenuis, interea perpotet amarum 940
absinthii laticem, deceptaque non capiatur,
sed potius tali facto recreata valescat,
sic ego nunc, quoniam haec ratio plerumque videtur
tristior esse quibus non est tractata, retroque
volgus abhorret ab hac, volui tibi suaviloquenti 945
carmine Pierio rationem exponere nostram
et quasi musaeo dulci contingere melle,
si tibi forte animum tali ratione tenere
versibus in nostris possem, dum perspicias omnem
naturam rerum, qua constet compta figura. 950

Text 3: Cic. rep. 3, 36 (ed. Ziegler, 1969 (Teubner)) (= Aug. civ. 19,21)

Disputatur certe acerrime atque fortissime in eisdem ipsis de re publica libris adversus iniustitiam pro iustitia, et quoniam, cum prius ageretur pro iniustitiae partibus contra iustitiam, et diceretur nisi per iniustitiam rem publicam stare augerique non posse, hoc veluti validissimum positum erat, iniustum esse ut homines hominibus dominantibus serviant; quam tamen iniustitiam nisi sequatur imperiosa civitas, cuius est magna res publica, non eam posse provinciis imperare: responsum est a parte iustitiae, id eo iustum esse, quod talibus hominibus sit utilis servitus, et pro utilitate eorum fieri cum recte fit, id est cum improbis aufertur iniuriarum licentia, et domiti melius se habebunt, quia indomiti deterius se habuerunt; subditumque est, ut ista ratio firmaretur, veluti a natura sumptum nobile exemplum, atque dictum:

An non cernimus optimo cuique dominatum ab ipsa natura cum summa utilitate infirmiorum datum? Cur igitur deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini iracundiaeque et ceteris vitiosis eiusdem animi partibus? (Aug. civ. 19, 21)

Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
11. Kollegstunde (10.05.12)
Politik oder Phrasen? oder: Rhetorik im politischen Diskurs

Texte: Text 1: Cic. *de orat.* 1, 30-34
Text 2: Cic. *de orat.* 2, 33-38
Text 3: Cic. *Arch.* 1-2
Text 4: Cic. *Arch.* 10-12

Text 1: Cic. *de orat.* 1, 30-34 (ed. Kumaniecki, 1969 (Teubner))

30. Tum Crassus adridens "quid censes," inquit "Cotta, nisi studium et ardorem quendam amoris? sine quo cum in vita nihil quisquam egregium, tum certe hoc, quod tu expetis nemo umquam adsequetur. neque vero vos ad eam rem video esse cohortandos, quos, cum mihi quoque sitis molesti, nimis etiam flagrare intellego cupiditate. sed profecto studia nihil prosunt perveniendi aliquo, nisi illud, quod eo quo intendas ferat deducatque, cognoris. quare quoniam mihi levius quoddam onus imponitis neque ex me de oratoris arte sed de hac mea, quantulacumque est, facultate quaeritis, exponam vobis non quandam aut perreconditam aut valde difficilem aut magnificam aut gravem rationem consuetudinis meae, qua quondam solitus sum uti, cum mihi in isto studio versari adulescenti licebat." Tum Sulpicius "o diem, Cotta, nobis" inquit "optatum! quod enim neque precibus umquam nec insidiando nec speculando adsequi potui, ut, quid Crassus ageret meditandi aut dicendi causa, non modo videre mihi, sed ex eius scriptore et lectore Diphilo suspicari liceret, id spero nos esse adeptos omniaque iam ex ipso, quae diu cupimus, cognituros."

31. Tum Crassus "atqui arbitror, Sulpici, cum audieris, non tam te haec admiraturum quae dixero, quam existimaturum tum, cum ea audire cupiebas, causam cur cuperes non fuisse. nihil enim dicam reconditum, nihil exspectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis aut cuiquam novum. nam principio, illud quod est homine ingenuo liberaliterque educato dignum, non negabo me ista omnium communia et contrita praecepta didicisse: primum oratoris officium esse dicere ad persuadendum accommodate; deinde esse omnem orationem aut de infinitae rei quaestione, sine designatione personarum ac temporum, aut de re certis in personis ac temporibus locata; in utraque autem re quicquid in controversiam veniat, in eo quaeri solere aut factumne sit aut, si est factum, quale sit aut etiam quo nomine vocetur aut, quod nonnulli addunt, rectene factum esse videatur; existere autem controversias etiam ex scripti interpretatione, in quo aut ambigue quid sit scriptum aut contrarie aut ita ut a sententia scriptura dissentiat; his autem omnibus partibus subiecta quaedam esse argumenta propria. sed causarum, quae sint a communi quaestione seiunctae, partim in iudiciis versari partim in deliberationibus; esse etiam genus tertium, quod in laudandis aut vituperandis hominibus poneretur; certosque esse locos quibus in iudiciis uteremur, in quibus aequitas quaereretur; alios in deliberationibus, quae omnes ad utilitatem dirigerentur eorum quibus consilium daremus; alios item in laudationibus, in quibus ad personarum dignitatem omnia referrentur. cumque esset omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes distributa, ut deberet reperire primum quid diceret, deinde inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque iudicio dispensare atque componere; tum ea denique vestire atque ornare oratione; post memoria saepire; ad extremum agere cum dignitate ac venustate, etiam illa cognoram et acceperam, ante quam de re diceremus, initio conciliandos eorum esse animos qui audirent; deinde rem demonstrandam; postea controversiam constituendam; tum id, quod nos intenderemus confirmandum, post, quae contra dicerentur, refellenda; extrema autem oratione ea quae pro nobis essent amplificanda et augenda, quaeque essent pro adversariis, infirmanda atque frangenda.

32. audieram etiam quae de orationis ipsius ornamentis traderentur: in qua praecipitur primum, ut pure et Latine loquamur, deinde ut plane et dilucide, tum ut ornate, post ad rerum dignitatem apte et quasi decore; singularumque rerum praecepta cognoram. quin etiam, quae maxime propria essent naturae, tamen his ipsis artem adhiberi videram. nam de actione et de memoria quaedam brevia, sed magna cum exercitatione praecepta gustaram. in his enim fere rebus omnis istorum artificum doctrina versatur, quam ego si nihil dicam adiuvare, mentiar; habet enim quaedam quasi ad commonendum oratorem, quo quidque referat et quo intuens ab eo, quodcumque sibi proposuerit, minus aberret. verum ego hanc vim intellego esse in praeceptis omnibus, non ut ea secuti oratores eloquentiae laudem sint adepti, sed quae sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam observasse atque digessisse. sic esse non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum; quod tamen, ut ante dixi, non eicio; est enim, etiam si minus necessarium ad bene dicendum, tamen ad cognoscendum non inliberale, etiam exercitatio quaedam suscipienda vobis est – quamquam vos quidem iam pridem estis in cursu, – sed iis qui ingrediuntur ad studium quique ea, quae agenda sunt in foro tamquam in acie, possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra praediscere ac meditari." "Hanc ipsam" inquit Sulpicius "nosse volumus. ac tamen ista, quae abs te breviter de arte decursa sunt, audire cupimus, quamquam sunt nobis quoque non inaudita. verum illa mox: nunc de ipsa exercitatione quid sentias quaerimus."

33. "Equidem probo ista" Crassus inquit "quae vos facere soletis, ut causa aliqua posita consimili causarum earum quae in forum deferuntur, dicatis quam maxime ad veritatem accommodate. sed plerique in hoc vocem modo, neque eam scienter, et vires exercent suas et linguae celeritatem incitant verborumque frequentia delectantur. in quo fallit eos quod audierunt, dicendo homines ut dicant efficere solere. vere enim etiam illud dicitur, perverse dicere homines perverse dicendo facillime consequi. quam ob rem in istis ipsis exercitationibus etsi utile est etiam subito saepe dicere, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere. caput autem est quod ut vere dicam minime facimus – est enim magni laboris, quem plerique fugimus – quam plurimum scribere. stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac magister; neque iniuria: nam si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto adsidua ac diligens scriptura superabit. omnes enim, sive artis sunt loci sive ingenii cuiusdam ac prudentiae, qui modo insunt in ea re de qua scribimus, inquirentibus nobis omnique acie ingenii contemplantibus ostendunt se et occurrunt; omnesque sententiae verbaque omnia quae sunt cuiusque generis maximeque inlustria, sub acumen stili subeant et succedant necesse est; tum ipsa conlocatio conformatioque verborum perficitur in scribendo, non poetico sed quodam oratorio numero et modo. haec sunt quae clamores et admirationes in bonis oratoribus efficiunt, neque ea quisquam, nisi diu multumque scriptitarit, etiam si vehementissime se in his subitis dictionibus exercuerit, consequetur. et qui a scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc adfert facultatem, ut etiam subito si dicat, tamen illa quae dicantur similia scriptorum esse videantur; atque etiam, si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid, cum ab eo discesserit, reliqua similis oratio consequetur. ut concitato navigio, cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa navis motum et cursum suum intermisso impetu pulsuque remorum, sic in oratione perpetua, cum scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum scriptorum similitudine et vi concitata.

34. in cotidianis autem commentationibus equidem mihi adolescentulus proponere solebam illam exercitationem maxime, qua C. Carbonem nostrum illum inimicum solitum esse uti sciebam, ut aut versibus propositis quam maxime gravibus aut oratione aliqua lecta ad eum finem quem memoria possem comprehendere, eam rem ipsam quam legissem verbis aliis quam maxime possem lectis pronuntiare. sed post animadverti hoc esse in hoc viti, quod ea verba, quae maxime cuiusque rei propria quaeque essent ornatissima atque optima occupasset aut Ennius, si ad eius versus me exercerem, aut Gracchus si eius orationem mihi forte proposuisset: ita, si eisdem verbis uterer nihil prodesse, si aliis etiam obesse, cum minus idoneis uti consuescerem. postea mihi placuit eoque sum usus adolescens, ut summorum

oratorum Graecas orationes explicarem. quibus lectis hoc adsequebar, ut cum ea quae legeram Graece, Latine redderem, non solum optimis verbis uterer et tamen usitatis, sed etiam exprimerem quaedam verba imitando, quae nova nostris essent, dum modo essent idonea. iam vocis et spiritus et totius corporis et ipsius linguae motus et exercitationes non tam artis indigent quam is laboris; quibus in rebus habenda est ratio diligenter, quos imitemur, quorum similes velimus esse. intuendi nobis sunt non solum oratores, sed etiam actores, ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem pravitatemque veniamus. exercenda est etiam memoria ediscendis ad verbum quam plurimis et nostris scriptis et alienis. atque in ea exercitatione non sane mihi displicet adhibere, si consueris, etiam istam locorum simulacrorumque rationem, quae in arte traditur. educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra atque in aciem forenses, subeundus visus omnium et periclitandae vires ingenii, et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. legendi etiam poetae, cognoscendae historiae, omnium bonarum artium doctores atque scriptores et legendi et pervolutandi et exercitationis causa laudandi, interpretandi, corrigendi, vituperandi, refellendi; disputandumque de omni re in contrarias partis et quicquid erit in quaque re, quod probabile videri possit, eliciendum atque dicendum. perdiscendum ius civile, cognoscendae leges, percipienda omnis antiquitas, senatoria consuetudo, disciplina rei publicae, iura sociorum, foedera, pactiones, causa imperii cognoscenda est; libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tamquam sale perspargatur omnis oratio. effudi vobis omnia quae sentiebam; quae fortasse, quemcumque patrem familias adripissetis ex aliquo circulo, eadem vobis percontantibus respondisset."

Text 2: Cic. *de orat.* 2, 33-38 (ed. Kumaniecki, 1969 (Teubner))

33. In quo etiam isti nos iuris consulti impediunt a discendoque deterrent. video enim in Catonis et in Bruti libris nominatim fere referri, quid alicui de iure viro aut mulieri responderit; credo, ut putaremus in hominibus, non in re consultationis aut dubitationis causam aliquam fuisse, ut, quod homines essent innumerabiles, debilitati [a] iure cognoscendo voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiceremus. sed haec Crassus aliquando nobis expediet et exponet descripta generatim. est enim, ne forte nescias, heri nobis ille hoc, Catule, pollicitus se ius civile, quod nunc diffusum et dissipatum esset, in certa genera coacturum et ad artem facilem redacturum." "et quidem " inquit Catulus, "haudquaquam id est difficile Crasso, qui et, quod disci potuit, de iure didicit, et quod iis qui eum docuerunt defuit, ipse adferet, ut quae sint in iure vel apte describere vel ornate inlustrare possit." "ergo ista" inquit Antonius "tum a Crasso discemus, cum se de turba et a subselliis in otium, ut cogitat, soliumque contulerit." "iam id quidem saepe" inquit Catulus "ex eo audivi, cum diceret sibi certum esse a iudiciis causisque discedere; sed, ut ipsi soleo dicere, non licebit. neque enim auxilium suum saepe a viris bonis frustra implorari patietur neque aequo id animo feret civitas; quae si voce L. Crassi carebit, ornamento quodam se spoliata putabit." "nam hercle" inquit Antonius "si haec vere a Catulo dicta sunt, tibi mecum in eodem est pistrino, Crasse, vivendum; et istam tuam oscitantem et dormitantem sapientiam Scaevolarum et ceterorum beatorum otio concedamus." adrisit hic Crassus leniter et "pertexe modo," inquit "Antoni, quod exorsus es; me tamen ista oscitans sapientia, simul atque ad eam confugero, in libertatem vindicabit."

34. "Huius quidem loci, quem modo sum exorsus, hic est finis," inquit Antonius – "quoniam intellexeretur non in hominum innumerabilibus personis neque in infinita temporum varietate, sed in generum causis atque naturis omnia sita esse, quae in dubium vocarentur, genera autem esse definita non solum numero, sed etiam paucitate –, ut eam materiem orationis, quae cuiusque esset generis, studiosi qui essent dicendi omnibus locis discriptam, instructam ornatamque comprehenderent, rebus dico et sententiis. ea vi sua verba parient, quae semper

satis ornata mihi quidem videri solent, si eius modi sunt, ut ea res ipsa peperisse videatur. ac si verum quaeritis, quod mihi quidem videatur – nihil enim aliud adfirmare possum nisi sententiam et opinionem meam – hoc instrumentum causarum et generum universorum in forum deferre debemus neque, ut quaeque res delata ad nos erit, tum denique scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus, quae quidem omnibus, qui ea mediocriter modo considerant, studio adhibito et usu pertractata esse possunt; sed tamen animus referendus est ad ea capita et ad illos, quos saepe iam appellavi, locos, ex quibus omnia ad omnem orationem inventa ducuntur. atque hoc totum est sive artis sive animadversionis sive consuetudinis nosse regiones, intra quas venire et pervestiges, quod quaeras. ubi eum locum omnem cogitatione saepseris, si modo usum rerum percullueris, nihil te effugiet atque omne, quod erit in re, occurret atque incidet.

35. Et sic, cum ad inveniendum in dicendo tria sint: acumen, deinde ratio – quam licet, si volumus, appellemus artem – tertium diligentia, non possum equidem non ingenio primas concedere, sed tamen ipsum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat – diligentia, inquam, quae cum omnibus in rebus tum in causis defendendis plurimum valet. haec praecipue colenda est nobis, haec semper adhibenda, haec nihil est quod non adsequatur. causa ut penitus, quod initio dixi, nota sit, diligentia est; ut adversarium attente audiamus atque ut eius non solum sententias, sed etiam verba omnia percipiamus, voltus denique perspiciamus omnis, qui sensus animi plerumque indicant, diligentia est – id tamen dissimulanter facere, ne sibi ille aliquid proficere videatur, prudentia est –; deinde ut in eis locis, quos proponam paulo post pervolvatur animus, ut penitus insinuet in causam, ut sit cura et cogitatione intentus, diligentia est ut<que> his rebus adhibeat tamquam lumen aliquod memoriam, ut vocem, ut viris <intendat>. inter ingenium quidem et diligentiam perpaulum loci reliquum est arti. ars demonstrat tantum ubi quaeras, atque ubi sit illud quod studeas invenire; reliqua sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, adsiduitate, labore; complectar uno verbo, quo saepe iam usi sumus, diligentia, qua una virtute omnes virtutes reliquae continentur. nam orationis quidem copia videmus ut abundant philosophi, qui, ut opinor, – sed tu haec, Catule, melius – nulla dant praecepta dicendi nec idcirco minus, quaecumque res proposita est suscipiunt, de qua copiose et abundanter loquantur."

36. Tum Catulus "est," inquit "ut dicis, Antoni, ut plerique philosophi nulla tradant praecepta dicendi et habeant paratum tamen quid de quaque re dicant. sed Aristoteles, is quem ego maxime admiror, posuit quosdam locos, ex quibus omnis argumentatio non modo ad philosophorum disputationem, sed etiam ad hanc orationem, qua in causis utimur, inveniretur; a quo quidem homine iam dudum, Antoni, non aberrat oratio tua, sive tu similitudine illius divini ingeni in eadem incurris vestigia, sive etiam illa ipsa legisti atque didicisti, quod quidem mihi magis veri simile videtur; plus enim te operae Graecis dedisse rebus video quam putaramus." tum ille "verum" inquit "ex me audies, Catule. semper ego existimavi iucundiores et probabiliores huic populo oratorem fore, qui primum quam minimam artificii alicuius, deinde nullam Graecarum rerum significationem daret. atque ego idem existimavi pecudis esse, non hominis, cum tantas res Graeci susciperent, profiterentur, agerent seque et videndi res obscurissimas et bene vivendi et copiose dicendi rationem daturus hominibus pollicerentur, non admovere aurem et, si palam audire eos non auderes, ne minueres apud tuos civis auctoritatem tuam, subauscultando tamen excipere voces eorum et procul quid narrarent attendere. itaque feci, Catule, et istorum omnium summatim causas et genera ipsa gustavi.

37. "Valde hercule" inquit Catulus, "timide tamquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam adpulisti, quam haec civitas aspernata numquam est. nam et referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum cum erat in hac gente magna illa Graecia; – ex quo etiam quidam Numam Pompilium, regem nostrum fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis ante permultis fuit quam ipse Pythagoras; quo etiam maior vir habendus est, cum illam sapientiam constituendae civitatis duobus prope saeculis ante cognovit, quam eam Graeci natam esse senserunt; – et certe non tulit ullos haec civitas aut gloria clariores aut auctoritate graviore aut humanitate politiores P. Africano, C. Laelio, L. Furio, qui secum eruditissimos homines ex

Graecia palam semper habuerunt. atque ego hoc ex eis saepe audivi, cum dicerent pergratum Atheniensis et sibi fecisse et multis principibus civitatis, quod, cum ad senatum legatos de suis rebus maximis mitterent, tris illius aetatis nobilissimos philosophos misissent, Carneadem et Critolaum et Diogenem. itaque eos, dum Romae essent, et a se et ab aliis frequenter auditos; quos tu cum haberes auctores, Antoni, miror cur philosophiae sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris." "minime," inquit Antonius "ac sic decrevi philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium ": "paucis nam omnino haud placet." sed tamen haec est mea sententia, quam videbar exposuisse: ego ista studia non improbo, moderata modo sint; opinionem istorum studiorum et suspicionem artificii apud eos, qui res iudicent, oratori adversariam esse arbitror. inminuit enim et oratoris auctoritatem et orationis fidem.

38. Sed ut eo revocetur unde huc declinavit oratio, ex tribus istis clarissimis philosophis, quos Romam venisse dixisti, videsne Diogenem eum fuisse, qui diceret artem se tradere bene disserendi et vera ac falsa diiudicandi, quam verbo Graeco *διαλεκτικὴν* appellaret? in hac arte, si modo est haec ars, nullum est praeceptum quo modo verum inveniatur, sed tantum est quo modo iudicetur. nam et omne quod eloquimur sic, ut id aut esse dicamus aut non esse – et, si simpliciter dictum sit, suscipiunt dialectici ut iudicent verumne sit an falsum, et, si coniuncte sit elatum et adiuncta sint alia, iudicant rectene adiuncta sint et verane summa sit unius cuiusque rationis; et ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus et multa quaerendo reperiunt non modo ea, quae iam non possint ipsi dissolvere, sed etiam quibus ante exorsa et potius detexta prope retexantur. hic nos igitur Stoicus iste nihil adiuvat, quoniam quem ad modum inveniam quid dicam non docet; atque idem etiam impedit, quod et multa reperit, quae negat ullo modo posse dissolvi, et genus sermonis adfert non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum ac minutum. quod si qui probabit, ita probabit, ut oratori tamen aptum non esse fateatur. haec enim nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quae non aurificis statera, sed populari quadam trutina examinantur. quare istam artem totam dimittimus, quae in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. Critolaum istum, quem simul cum Diogene venisse commemoras, puto plus huic nostro studio prodesse potuisse. erat enim ab isto Aristotele, a cuius inventis tibi ego videor non longe aberrare. atque inter hunc Aristotelen, cuius et illum legi librum, in quo exposuit dicendi artis omnium superiorum et illos, in quibus ipse sua quaedam de eadem arte dixit, et hos germanos huius artis magistros hoc mihi visum est interesse, quod ille eadem acie mentis, qua rerum omnium vim naturamque viderat, haec quoque aspexit quae ad dicendi artem, quam ille despiciebat, pertinebant; illi autem qui hoc solum colendum ducebant, habitarunt in hac una ratione tractanda, non eadem prudentia, qua ille, sed usu in hoc uno genere studioque maiore. Carneadi vero vis incredibilis illa dicendi et varietas perquam esset optanda nobis; qui nullam umquam in illis suis disputationibus rem defendit quam non probarit, nullam oppugnavit quam non everterit. sed hoc maius est quiddam quam ab his, qui haec tradunt et docent, postulandum sit.

Text 3: Cic. *Arch.* 1-2 (ed. Clark, 1984 (OCT))

1. Si quid est in me ingeni, iudices, quod sentio quam sit exiguum, aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter esse versatum, aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta, a qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorruisse, earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope suo iure debet. Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis et pueritiae memoriam recordari ultimam, inde usque repetens hunc video mihi principem et ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse. Quod si haec vox huius hortatu praeceptisque conformata non nullis aliquando salutis fuit, a quo id accepimus quo ceteris opitulari et alios servare possemus, huic profecto ipsi, quantum est

situm in nobis, et opem et salutem ferre debemus. Ac ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quaedam in hoc facultas sit ingeni neque haec dicendi ratio aut disciplina, ne nos quidem huic uni studio penitus umquam dediti fuimus. Etenim omnes artes quae ad humanitatem pertinent habent quoddam commune vinclum et quasi cognatione quadam inter se continentur.

2. Sed ne cui vestrum mirum esse videatur, me in quaestione legitima et in iudicio publico, cum res agatur apud praetorem populi Romani, lectissimum virum, et apud severissimos iudices, tanto conventu hominum ac frequentia hoc uti genere dicendi quod non modo a consuetudine iudiciorum verum etiam a forensi sermone abhorreat, quaeso a vobis ut in hac causa mihi detis hanc veniam accommodatam huic reo, vobis, quem ad modum spero, non molestam, ut me pro summo poeta atque eruditissimo homine dicentem hoc concursu hominum litteratissimorum, hac vestra humanitate, hoc denique praetore exercente iudicium, patiamini de studiis humanitatis ac litterarum paulo loqui liberius, et in eius modi persona quae propter otium ac studium minime in iudiciis periculisque tractata est uti prope novo quodam et inusitato genere dicendi. Quod si mihi a vobis tribui concedique sentiam, perficiam profecto ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, cum sit civis, a numero civium verum etiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse.

Text 4: Cic. *Arch.* 10-12 (ed. Clark, 1984 (OCT))

10. Ergo illum qui haec fecerat, Rudinum hominem, maiores nostri in civitatem receperunt; nos hunc Heracliensem multis civitatibus expetitur, in hac autem legibus constitutum de nostra civitate eiciamus? Nam si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi quam ex Latinis, vehementer errat, propterea quod Graeca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus exiguis sane continentur. Qua re, si res eae quas gessimus orbis terrae regionibus definiuntur, cupere debemus, quo hominum nostrorum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare, quod cum ipsis populis de quorum rebus scribitur haec ampla sunt, tum eis certe qui de vita gloriae causa dimicant hoc maximum et periculis incitamentum est et laborum. Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset: "o fortunate," inquit, "adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris!" Et vere. Nam, nisi Ilias illa exstitisset, idem tumulus qui corpus eius contexerat nomen etiam obruisset. Quid? noster hic Magnus qui cum virtute fortunam adaequavit, nonne Theophanem Mytilenaeum, scriptorem rerum suarum, in contione militum civitate donavit, et nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites, dulcedine quadam gloriae commoti quasi participes eiusdem laudis magno illud clamore approbaverunt? Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur perficere non potuit. Sulla cum Hispanos donaret et Gallos, credo, hunc petentem repudiasset; quem nos in contione vidimus, cum ei libellum malus poeta de populo subiecisset, quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis, statim ex eis rebus quas tunc vendebat iubere ei praemium tribui, sed ea condicione ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem mali poetae duxerit aliquo tamen praemio dignam, huius ingenium et virtutem in scribendo et copiam non expetisset? Quid? a Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se neque per Lucillos impetravisset? qui praesertim usque eo de suis rebus scribi cuperet ut etiam Cordubae natis poetis pingue quiddam sonantibus atque peregrinum tamen auris suas dederet.

11. Neque enim est hoc dissimulandum quod obscurari non potest, sed prae nobis ferendum: trahimur omnes studio laudis, et optimus quisque maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi, etiam in eis libellis quos de contemnenda gloria scribunt nomen suum inscribunt; in eo ipso in quo praedicationem nobilitatemque despiciunt praedicari de se ac se nominari volunt. Decimus quidem Brutus, summus vir et imperator, Acci, amicissimi sui, carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum. Iam vero ille qui cum Aetolis Ennio

comite bellavit Fulvius non dubitavit Martis manubias Musis consecrare. Qua re, in qua urbe imperatores prope armati poetarum nomen et Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices a Musarum honore et a poetarum salute abhorrere.

Atque ut id libentius faciatis, iam me vobis, iudices, indicabo, et de meo quodam amore gloriae nimis acri fortasse, verum tamen honesto vobis confitebor. Nam quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius *urbis* atque imperi et pro vita civium proque universa re publica gessimus, attigit hic versibus atque inchoavit. Quibus auditis, quod mihi magna res et iucunda visa est, hunc ad perficiendum adornavi. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat, praeter hanc laudis et gloriae; qua quidem detracta, iudices, quid est quod in hoc tam exiguo vitae curriculo et tam brevi tantis nos in laboribus exerceamus? Certe, si nihil animus praesentiret in posterum, et si, quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, isdem omnis cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret neque tot curis vigiliisque angeretur nec totiens de ipsa vita dimicaret. Nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctis ac dies animum gloriae stimulis concitat atque admonet non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam.

12. An vero tam parvi animi videamur esse omnes qui in re publica atque in his vitae periculis laboribusque versamur ut, cum usque ad extremum spatium nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An statuas et imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerunt; consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus summis ingeniis expressam et politam? Ego vero omnia quae gerebam iam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terrae memoriam sempiternam. Haec vero sive a meo sensu post mortem afutura est sive, ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertinebit, nunc quidem certe cogitatione quadam speque delector.

Qua re conservate, iudices, hominem pudore eo quem amicorum videtis comprobari cum dignitate, tum etiam vetustate; ingenio autem tanto quantum id convenit existimari, quod summorum hominum iudiciis expetitur esse videatis, causa vero eius modi quae beneficio legis, auctoritate municipi, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quae cum ita sint, petimus a vobis, iudices, si qua non modo humana verum etiam divina in tantis ingeniis commendatio debet esse, ut eum qui vos, qui vestros imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornavit, qui etiam his recentibus nostris vestrisque domesticis periculis aeternum se testimonium laudis daturum esse profitetur, quique est *ex* eo numero qui semper apud omnes sancti sunt habiti itaque dicti, sic in vestram accipiatis fidem ut humanitate vestra levatus potius quam acerbitate violatus esse videatur.

Quae de causa pro mea consuetudine breviter simpliciterque dixi, iudices, ea confido probata esse omnibus; quae a foro aliena iudicialique consuetudine et de hominis ingenio et communiter de ipso studio locutus sum, ea, iudices, a vobis spero esse in bonam partem accepta, ab eo qui iudicium exercet certo scio.

Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
12. Kollegstunde (24.05.12)
Militär und Musen oder: Die Macht des schönen Stils

Texte: Text 1: Caes. *Gall.* 1, 1
Text 2: Caes. *Gall.* 5, 44
Text 3: Caes. *Gall.* 7, 77

Text 1: Caes. *Gall.* 1, 1 (ed. Hering, 1987 (Teubner))

1. Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garunna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent, inportant proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garunna flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad septentriones. Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem. Aquitania a Garunna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani, quae est ad Hispaniam, pertinet, spectat inter occasum solis et septentriones.

Text 2: Caes. *Gall.* 5, 44 (ed. Hering, 1987 (Teubner))

44. Erant in ea legione fortissimi viri centuriones, qui primis ordinibus adpropinquarent, Titus Pullo et Lucius Vorenus. hi perpetuas inter se controversias habebant, uter alteri anteferretur, omnibusque annis de loco summis simultatibus contendebant. ex his Pullo, cum acerrime ad munitiones pugnaretur, "quid dubitas," inquit, "Vorene? aut quem locum probandae virtutis tuae exspectas? hic dies de nostris controversiis iudicabit." haec cum dixisset, procedit extra munitiones, quaeque hostium pars confertissima est visa, eam inrumpit. ne Vorenus quidem tum sese vallo continet, sed omnium veritus existimationem subsequitur. Mediocri spatio relicto Pullo pilum in hostes immittit atque unum ex multitudine procurrentem traicit. quo percusso et exanimato hunc scutis protegunt hostes, in illum universi tela coniciunt neque dant regrediendi facultatem. transfigitur scutum Pulloni et verutum in balteo defigitur. avertit hic casus vaginam et gladium educere conanti dextram moratur manum impeditumque hostes circumstant. succurrit inimicus illi Vorenus et laboranti subvenit. ad hunc se confestim a Pullone omnis multitudo convertit. illum veruto arbitrantur occisum. gladio cominus rem gerit Vorenus atque uno interfecto reliquos paulum propellit. dum cupidius instat, in locum deiectus inferiorem concidit. huic rursus circumvento subsidium fert Pullo, atque ambo incolumes compluribus interfectis summa cum laude sese intra munitiones recipiunt. sic fortuna in contentione et certamine utrumque versavit, ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset neque diiudicari posset, uter utri virtute anteferendus videretur.

Text 3: Caes. *Gall.* 7, 77 (ed. Hering, 1987 (Teubner))

77. At ii, qui Alesiae obsidebantur, praeterita die, qua auxilia suorum exspectaverant, consumpto omni frumento, inscii, quid in Haeduis gereretur, consilio coacto de exitu suarum fortunarum consultabant. apud quos variis dictis sententiis, quarum pars deditioem, pars, dum vires suppeterent, eruptionem censebat, non praetereunda oratio Critognati videtur propter eius singularem et nefariam crudelitatem. hic summo in Arvernibus ortus loco et magnae habitus auctoritatis "nihil" inquit "de eorum sententia dicturus sum, qui turpissimam servitutem deditioem nomine appellant, neque hos habendos civium loco neque ad concilium adhibendos censeo. cum his mihi res sit, qui eruptionem probant. quorum in consilio omnium vestrum consensu pristinae residere virtutis memoria videtur, animi est ista mollitia, non virtus, paulisper inopiam ferre non posse. qui se ultro morti offerant, facilius reperiuntur quam qui dolorem patienter ferant. atque ego hanc sententiam probarem – tantum apud me dignitas potest –, si nullam praeterquam vitae nostrae iacturam fieri viderem. sed in consilio capiendo omnem Galliam respiciamus, quam ad nostrum auxilium concitavimus. Quid enim hominum milibus LXXX uno loco interfectis propinquis consanguineisque nostris animi fore existimatis, si paene in ipsis cadaveribus proelio decertare cogentur? nolite hos vestro auxilio exspoliare, qui vestrae salutis causa suum periculum neglexerunt, nec stultitia ac temeritate vestra aut animi imbecillitate omnem Galliam prosternere et perpetuae servituti subicere. an, quod ad diem non venerunt, de eorum fide constantiaque dubitatis? quid ergo? Romanos in illis ulterioribus munitionibus animine causa cotidie exerceri putatis? si illorum nuntiis confirmari non potestis omni aditu praesaepo, his utimini testibus adpropinquare eorum adventum, cuius rei timore exterriti diem noctemque in opere versantur. quid ergo mei consilii est? facere, quod nostri maiores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt: qui in oppida compulsi ac simili inopia subacti eorum corporibus, qui aetate ad bellum inutiles videbantur, vitam toleraverunt neque se hostibus tradiderunt. cuius rei si exemplum non haberemus, tamen libertatis causa institui et posteris prodi pulcherrimum iudicarem. nam quid illi simile bello fuit? depopulata Gallia Cimbri magnaue inlata calamitate finibus quidem nostris aliquando excesserunt atque alias terras petiverunt, iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani vero quid petunt aliud aut quid volunt, nisi invidia adducti, quos fama nobiles potentesque bello cognoverunt, horum in agris civitatibusque considerare atque his aeternam iniungere servitutem? neque enim umquam alia condicione bella gesserunt. quod si ea, quae in longinquis nationibus geruntur, ignoratis, respicite finitimam Galliam, quae in provinciam redacta, iure et legibus commutatis, securibus subiecta perpetua premitur servitute."

Vorlesung FS 12
Die lateinische Literatur von den Anfängen bis Cicero
13. Kollegstunde (31.05.12)
Die archaische Literatur als Voraussetzung der augusteischen Literatur:
Vergil und Livius als Beispiele

- Texte:** Text 1: Macr. *sat.* 6, 1, 11-24
Text 2: Verg. *Aen.* 2, 241-249
Text 3: Liv. 7, 9-10
Text 4: Gell. 9, 13 (= Quadrig. *hist.* 10b Peter / 10b Beck/Walter)
Text 5: Hor. *sat.* 1, 5 selbständig lesen!

Text 1: Macr. *sat.* 6, 1, 11-24 (ed. Willis, 1963 (Teubner))

- 11 Est locus, Hesperiam Grai cognomine dicunt. (*Aen.* 1, 530)
Ennius in primo:
est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant.
- 12 Tuque o Thybri tuo genitor cum flumine sancto. (*Aen.* 8, 72)
Ennius in primo:
teque, pater Tiberine, tuo cum flumine sancto.
- 13 Accipe, daque fidem, sunt nobis fortia bello (*Aen.* 8, 150)
pectora, ...
Ennius in primo:
accipe, daque fidem, foedusque feri bene firmum.
- 14 Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat. (*Aen.* 3, 587)
Ennius in primo:
cum superum lumen nox intempesta teneret.
- 15 Tu tamen interea calido mihi sanguine poenas (*Aen.* 9, 422)
persolves ...
Ennius in primo:
nec pol homo quisquam faciet inpune animatus
hoc nisi tu, nam mi calido das sanguine poenas.
- 16 ... Concurrunt undique telis (*Aen.* 7, 520)
indomiti agricolae.
Ennius in tertio:
postquam defessi sunt, stant et spargere sese
hastis: ansatis concurrunt undique telis.
- 17 ... Summa nituntur opum vi. (*Aen.* 12, 552)
Ennius in quarto:
Romani scalis summa nituntur opum vi,
et in sexto decimo:
reges per regnum statuasque sepulcraque quaerunt;
aedificant nomen: summa nituntur opum vi.
- 18 Et mecum ingentes oras evolvite belli. (*Aen.* 9, 528)
Ennius in sexto:
quis potis ingentes oras evolvere belli?

- 19 Nequa meis dictis esto mora: Iuppiter hac stat. (Aen. 12, 565)
 Ennius in septimo:
 non semper vestra evertit: nunc Iuppiter hac stat.
- 20 Invadunt urbem somno vinoque sepultam. (Aen. 2, 265)
 Ennius in octavo:
 nunc hostes vino domiti somnoque sepulti.
- 21 Tollitur in caelum clamor, cunctique Latini (Aen. 11, 745)
 Ennius in septimo decimo:
 tollitur in caelum clamor exortus utrisque.
- 22 Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. (Aen. 8, 596)
 Ennius in sexto:
 explorant Numidae: totam quatit ungula terram,

 idem in octavo:
 consequitur, summo sonitu quatit ungula terram,

 idem in septimo decimo:
 it eques et plausu cava concutit ungula terram.
- 23 Unus qui nobis cunctando restituit rem. (Aen. 6, 846)
 Ennius in duodecimo:
 unus homo nobis cunctando restituit rem.
- 24 Corruit in vulnus: sonitum super arma dederunt (Aen. 10, 488)
 Ennius in sexto decimo:
 concidit et sonitum simul insuper arma dederunt.

Text 2: Verg. *Aen.* 2, 241-249 (ed. Mynors, Oxford 1969 (OCT))

o patria, o diuum domus Ilium et incluta bello
 moenia Dardanidum! quater ipso in limine portae
 substitit atque utero sonitum quater arma dedere;
 instamus tamen immemores caecique furore
 et monstrum infelix sacrata sistimus arce. 245
 tunc etiam fati aperit Cassandra futuris
 ora dei iussu non umquam credita Teucris.
 nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset
 ille dies, festa uelamus fronde per urbem.

Text 3: Liv. 7, 9-10 (ed. Walters/Conway, 1938 (OCT))

9. Insequenti anno cum C. Sulpicius et C. Licinius Caluus consules in Hernicos exercitum duxissent neque inuentis in agro hostibus Ferentinum urbem eorum ui cepissent, reuertentibus inde eis Tiburtes portas clausere. Ea ultima fuit causa, cum multae ante querimoniae ultro citroque iactatae essent, cur per fetiales rebus repetitis bellum Tiburti populo indiceretur.

Dictatorem T. Quinctium Poenum eo anno fuisse satis constat et magistrum equitum Ser. Cornelium Maluginensem. Macer Licinius comitiorum habendorum causa et ab Licinio consule dictum scribit, quia collega comitia bello praeferre festinante ut continuaret consulatum, obuiam eundum pravae cupiditati fuerit. Quaesita ea propriae familiae laus leuiorem auctorem Licinium facit: cum mentionem eius rei in uetustioribus annalibus nullam inueniam, magis ut belli Gallici causa dictatorem creatum arbitrer inclinatur animus. Eo certe anno Galli ad tertium lapidem Salaria uia trans pontem Anienis castra habuere.

Dictator cum tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adegit ingentique exercitu ab urbe profectus in citeriore ripa Anienis castra posuit. Pons in medio erat, neutris rumpentibus ne timoris indicium esset. Proelia de occupando ponte crebra erant, nec qui poterentur incertis uiribus satis discerni poterat. Tum eximia corporis magnitudine in uacuum pontem Gallus processit et quantum maxima uoce potuit "quem nunc" inquit "Roma uirum fortissimum habet, procedat aegidum ad pugnam, ut noster duorum euentus ostendat utra gens bello sit melior." **10.** Diu inter primores iuuenum Romanorum silentium fuit, cum et abnuere certamen uerentur et praecipuam sortem periculi petere nollent; tum T. Manlius L. Filius, qui patrem a uexatione tribunicia uindicauerat, ex statione ad dictatorem pergit; "iniussu tuo" inquit, "imperator, extra ordinem nunquam pugnauerim, non si certam uictoriam uideam: si tu permittis, uolo ego illi beluae ostendere, quando adeo ferox praesultat hostium signis, me ex ea familia ortum quae Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit." Tum dictator "macte uirtute" inquit "ac pietate in patrem patriamque, T. Manli, esto. Perge et nomen Romanum inuictum iuuantibus dis praesta." Armant inde iuuenem aequales; pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio ad propiorem habili pugnam. Armatum adornatumque aduersus Gallum stolide laetum et – quoniam id quoque memoria dignum antiquis uisum est – linguam etiam ab inrisu exserentem producant. Recipiunt inde se ad stationem; et duo in medio armati spectaculi magis more quam lege belli destituuntur, nequaquam uisu ac specie aestimantibus pares. Corpus alteri magnitudine eximium, uersicolori ueste pictisque et auro caelatis refulgens armis; media in altero militaris statura modicaque in armis habilibus magis quam decoris species; non cantus, non exsultatio armorumque agitatio uana sed pectus animorum iraque tacitae plenum; omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat. Vbi constitere inter duas acies tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus, Gallus uelut moles superne imminens proiecto laeua scuto in aduenientis arma hostis uanum caesim cum ingenti sonitu ensem deiecit; Romanus mucrone subrecto, cum scuto scutum inum perculisset totoque corpore interior periculo uolneris factus insinuasset se inter corpus armaque, uno alteroque subinde ictu uentrem atque inguina hausit et in spatium ingens ruentem porrexit hostem. Iacentis inde corpus ab omni alia uexatione intactum uno torque spoliauit, quem respersum cruore collo circumdedit suo. Defixerat pauor cum admiratione Gallos: Romani alacres ab statione obuiam militi suo progressi, gratulantes laudantesque ad dictatorem perducunt. Inter carminum prope modo incondita quaedam militariter ioculantes Torquati cognomen auditum; celebratum deinde posteris etiam familiae honori fuit. Dictator coronam auream addidit donum mirisque pro contione eam pugnam laudibus tulit.

Text 4: Gell. 9, 13 (ed. Rolfe, 1984 (Loeb)) (= Quadrig. *hist.* 10b Peter / 10b Beck/Walter)

Verba ex historia Claudii Quadrigarii, quibus Manli Torquati, nobilis adolescentis, et hostis Galli provocantis pugnam depinxit.

Titus Manlius summo loco natus adprimeque nobilis fuit. Ei Manlio cognomentum factum est Torquatus. Causam cognomenti fuisse accepimus torquis ex auro induvies, quam ex hoste quem occiderat detractam induit. Sed quis hostis et quid genus, quam formidandae vastitatis et quantum insolens provocator et cuiusmodi fuerit pugna decertatum, Q. Claudius primo *Annalium* purissime atque inlustrissime simplicique et incompta orationis antiquae suavitate descripsit. Quem locum ex eo libro philosophus Favorinus cum legeret, non minoribus quati adfictique animum suum motibus pulsibusque dicebat, quam si ipse coram depugnantes eos spectaret.

Verba Q. Claudii, quibus pugna ista depicta est, adscripti: "Cum interim Gallus quidam nudus praeter scutum et gladios duos torque atque armillis decoratus processit, qui et viribus et magnitudine et adulescentia simulque virtute ceteris antistabat. Is maxime proelio commoto atque utrisque summo studio pugnantibus, manu significare coepit utrisque, quiescerent. Pugnae facta pausa est. Extemplo silentio facto cum voce maxima conclamat, si quis secum depugnare vellet, uti prodiret. Nemo audebat propter magnitudinem atque inmanitatem facies. Deinde Gallus inridere coepit atque linguam exertare. Id subito perdolitum est cuidam Tito Manlio, summo genere gnato, tantum flagitium civitati accidere, e tanto exercitu neminem prodire. Is, ut dico, processit neque passus est virtutem Romanam ab Gallo turpiter spoliari. Scuto pedestri et gladio Hispanico cinctus contra Gallum constitit. Metu magno ea congressio in ipso ponti, utroque exercitu inspectante, facta est. Ita, ut ante dixi, constiterunt: Gallus sua disciplina scuto proiecto cunctabundus; Manlius, animo magis quam arte confisus, scuto scutum percussit atque statum Galli conturbavit. Dum se Gallus iterum eodem pacto constituere studet, Manlius iterum scuto scutum percutit atque de loco hominem iterum deiecit; eo pacto ei sub Gallicum gladium successit atque Hispanico pectus hausit; deinde continuo umerum dextrum eodem concessu incidit neque recessit usquam, donec subvertit, ne Gallus impetum in ictu haberet. Vbi eum evertit, caput praecidit, torquem detraxit eamque sanguinolentam sibi in collum inponit. Quo ex facto ipse posterique eius Torquati sunt cognominati."

Ab hoc Tito Manlio, cuius hanc pugnam Quadrigarius descripsit, imperia et aspera et immitia "Manlia" dicta sunt, quoniam postea bello adversum Latinos cum esset consul, filium suum securi percussit, qui speculatum ab eo missus, ... interdicto, hostem, a quo provocatus fuerat, occiderat.